


1857

11

BIBLIOTECĂ
ACADEMIEI R.S. ROMÂNIA
FILIALA CLUJ



NO. 295

F R E N C O R U M,
seu
Reconciliatoris Christianorum hodiernorum.
K O R M A T T R Y P L E X,
Sana omnium hominum Ratio, Scriptura Sacra,
et Traditiones.

Exempli peculiari Theologico, eoque illustrissimo, et inde ab Apostolorum aero varie hucusque agitato, ita ob oculos posita, ut si secundum eus fundamentales, infallibilisq; decisiones procedatur, Controversiae quævis, etiamq; gravissimæ, feliciter, breviter, et sine tumultu, Conciliorumq; convocatione illâ, decidi; amisa aut ignorata hactenus veritas recuperari. Adversarii item quilibet, vel pertinacissimi, juxtim Cum Conclisiis hæreticis, judicari, convinci, et confundi, queant.

Omnia
Ad hodiernorum nonnullorum Veritatis et Pacis Universalis aman-
tium, Virorum, votum et sententiam. Qui vario rerum usu edo-
cti, in Irenicis suis recte monuerunt, nullam Christianorum se-
ctam, nisi accidente aut interveniente aliarum omnium opa, et
auxilio peregrino consumari aut perfici in veritate posse.

Mat. 5. 9.

Beati pacifici: quoniam filii Dei vocabuntur.

Rom. 12. 18.

Quantum in vobis est, cum omnibus hominibus in pace viventes.

Rom. 14. 19.


Nempe igitur, quæ ad pacem faciunt sectentur, et quæ ad mutua adificatiōem.

Rom. 2. 8.

Rixosis, et veritati quidem non assentientibus obedientibus vero
injustitiae (erit) excandescencia

Iac. 3. 14. 15. 16.





PAPAE ROMANO
RELIQUIS^{et} PATRIARCHIS
CARDINALIBUS EPISCOPIS
TOTIQUE CLERO ROMANÆ
GRAECÆQUE ECCLESIAE

Hinc
LUTHERANÆ, REFORMATÆ,
REMONSTRANTICÆ, MONARCHI-
ANÆ (vulgò SOTERIANÆ) MEC-
KONSTITICÆQUE ECCLESIAE
ANISTIETIBVS,

Tum
PRINCIPIBVS ET MAGISTRATI-
BVS CHRISTIANIS,
HORUMQUE SUBDITIS IX.
VARIAS SECTAS DIVISIS

Pratiam et Pacem à Deo Paci. Autore per Christum
Dominum qui est Pax nostra, Amen!

Oblatus Vobis Viri omniū Ordinū Eminentissimi
et Honoraissimi legendū, censōrum, & quantum fieri po-
test forendū hunc Librum, ignotus in conspectum vestrū
prodeo.

prodeo, idque nè, vix rectè inspecta re, persona vobis negotium mox fa-
cessat. Novi in eo nihil feco, negue hæresin (si modo justum judicium
ferre, et non secundum vulnus tantum cum perversis Iudeis Ioan. 7.
24. judicare volueritis) Sed antiquam, ex à qua omnes fecerè deviastis,
Apostolorum veritatem et traditionem. Hæc si hæresis vobis vide-
bitur, malim ego tandem cum ipsis Apostolis esse hæreticus, quām
vobiscum Christianus. Sed meliora mīhi de vobis mox pollicor,
postquam ipsimet ex ipso Libro cognoveritis, non tradi hic sive
Kicani, sive aliorum ab antiqua Apostolica veritate aut traditi-
one abeuntium Enciliorum inania, novaz, decreta, sed totius, et
inde ab ipsis Apostolis edocere propagare Antiquitatis unani-
mem consensum. Vos cum Patribus Vestris hactenus acerrimè
invicem et infestis animis ad cœdes usque deugnastis, et ita ve-
ritatem nobis conciliare cogitastis. Sed frustra! Nam in ri-
olentos et særos non ingreditur sapientia Sap. 1. 4. 1 (Gr. 1. 26. sed
in parvulos et mansuetos Mat. xi. 25. 1 (Gr. 1. 27. 28. 29. En igitur
sine ulla armorum ri (Deo ita volente.) sc. Vobis pacifica hunc
iterum sistit veritas, et ut arma, odiique penitus deponatis Le-
riò jubet! Quid? Subjicere eidem Vos recusaretis; aut indigna
adhuc sive in Vos ipsis, sive in hunc Librum, veritatis, pacisque
Vestrae Enciliatorem decernere pergeretis? An non vero Hac
ratione Vos ipsis non veritatis, sed pravitatis Iudaica Christi-
stum veritatis Dei, charitatisque Doctorem tollere, nec toletare
volentis Ioan. 8. 40. 44. sectatores, filiosque esse aperte nunc te-
staremini ipsis? Abut hoc à Vobis quām longissime! ceu qui
Vos omnes Christi oriculas esse profitemini. Rem igitur nunc
expendeo! Cœterum me quod concernit, nullum ego à Vobis
aliquid communiqueratum Veriorum Traditionum præmium re-
quiro, quām ut mihi sive noto Vobis, sive ignoto bene prece-
misi: quemadmodum ego pro Vobis omnibz Vestraz, omnium salu-
te Deum meum præcibus sollicitare dum vivo, non desinam.

Omnium Vestrum humilimus Servus

LECTORI SACUTEM!

Noli mirari, Lector, Titulum hujus libri talia tibi promittere, quæ à multis retro seculis, imo, ab ipso penè Apostolorum aero, inaudita fuere. Vana enim illa non esse, vel uero doctissimorum Theologorum jam experti sunt, qui, antequam Scriptum hoc excuderetur, etiamque tui fortè similes, et à sententia scripti alieniores tunc adhuc fuerint, lecto tamen fine. Consimilis generis, sive hoc ipso quoque scripto, partim, repugnare illi amplius noluerunt, indicareque sive in hanc, sive in illam partem prorsus detectarunt, adeoque à lectione ejus, (scilicet, cuius simile se post tot lecta evolutaque, nondum vidisse aiebant,) protinus mitiores, quam ante fuerant, effecti sunt, è tantum non in sententiā am hanc, pro eo, qui ipsis inest, veritatis amore, jam propendent, aut pedibus eunt: partim vero, ejusmodi Scripta omnibus suis adversariis ora prorsus obstruere, ut respondere quoque nunquam possint, ingenue, et contra seipso quasi, idque publicis editis scriptis, confessi sunt: partim denique, dum (quam hi textii fuere, pertinacia,) se scriptis istis opponere conati sunt, lucibru tantum, vel inter suos propterea passi sunt. Causam tam insperatorum insolentiumque prorsus successum, si queris, Lector, ea nulla alia est, quam, quod publicè recepta, et legitima, hincq; unica tantum, disputandi, veritatem iuueniendi, atque convincendi, ratio, hic sancte semper observetur, constanterque adhibeatur, neque (prout cum necessario mox accedente) magnâ veritatis jacturâ, numerosoque contra, infinitarum rixarum et sectarum, temerè et sine fine se invicem damnantium, et consumantium, preventu, à plerisque Theologis hucusque factatum est,) vel non attendatur, vel hic quidem, (NB) ubi sententiae

nostrie

nosra faveat, obseruetur, ibi vero ubi certissima praconcepsa nostra:
sententiae, ruina inde metuitur, negligatur, rejiciaturque, adeoque
veritati, satis aliquin plana, nobisque se ad averruncandos errores
nostros ultrò quasi offerenti, impudentique, odiosius, aut quod offensio
næ hominum, indequæ ortu: contemptus, plus nimio, quemadmodum
olim Ioh. xi. 48. et Cap. x. 42. metuantur, resistatur. Illam iigit
causam, veritatisque innenienda rationem, hinc indubitate
unicèque veram et legitimam, quia ex proprio omnium disputantio
rum principiis, legitimisque Scriptura: interpretationi reguli de-
sumpta est, negis vel latum unquam ab eadem discedi. Sine veri-
tatis, sive adhuc innenienda, sive jam inventa, jactura potest,
prout deinde quoque patebit; tu Lector, nunc mecum in Exemplo
proposito attenius, et sine prejudicio considera, et quæ in Ti-
tulo promissa sunt, re ipsæ prestari, præstari posse, post su-
periūs allegatos Theologos mox ipsem animadverte. Nam
et Orbem quidem Catholicum propriâ suâ culpâ, et negligentia
eæ quod amore veritatis destituta fuerit, foedè circumven-
tum, inque potissimis suis Traditionibus & Doctrinae funda-
mentis, totiusque quasi Christianismi sui tessellis, extreme ex-
rantem, deprehendes: at quomodo tum hi, tum alii errores
corrigi debeant, fideique certitudo, unde pax Ecclesiastica tan-
dem non posset non sequi, obtinere queat, indicatum insimul, ex-
pliaturque, favente Deo, videbis. Ita vale, veritatique te,
si salvus esse cupis, regendum tradere.

N.B. Trenici rationes porrò explicatae in addi-
to sub finem Corollarie videantur.

J.R.E.

FRENCH FRENCHORUM
Exemplum infallibilis Doctrinæ
de

C H R I S T O.

Primum, in ipsa questionis: Utrum Christus summus sit Deus? accurata ventilatione, secundum duo priora probationis, seu Actum Reconciliatoris, Membra, Sanam scilicet omnium hominum Rationem, et S. Scripturam, Exercitationibus ostensum.

Primum probationis Membrum.

Opponens arguit. Quicunque est homo, patitur, moritur, resurget, etc: is non est summus Deus. Atqui Chrs est homo, etc: Ergo.

Sana omnium hominum Ratio, per Scripturam S. illuminata, et secundum

Respondens ait: Distinguo inter humanam et divinam naturam, et concedo argumentum si de h̄na natura accipiatur.

Opp. Petitur principium. Nam supponitur hic Divina in aquissimas Christo natura: de qua tamen nunc quæstio est: quæque propter ea prius probari debuisse, antequam adferri contra me potuisset. Et suas ipsius tantor Regulas processus solum Partem Domini nostri Jesu Christi summum Deum esse dictat.

Resp. 1. Principium non peto. Nam distinctio in Thesi mea Respondentis est. Et integrum mihi est ex Thesi mea distingvere, donec ea prorsus evertatur.

Opp. Fundamentum tuum, de licetè ex Thesi distingendo pro communi regula neque à me recipitur, neque à Judicib⁹ Politicis. sc̄w, qui non secundum varias et miras aliquando, aut nondum probatas, hujus vel illius litigantis Hypotheses, Theses, et imaginationes sive persuasions, sed tantum, secundum manifestiora, ex actis scilicet, et bene probatis concessisque, judicant.

At

2. F R E N G C T R E N F C O R V M Ex E M P L V M

N.B. Primum At Regula mea de dispositis universali est, et a te quoque recipitur.

Specimen secundum et tu meum approbas fundamentum. Nam si argumentum contra te formaretur, (ver. gr. contra animæ immortalitatem, ex eo quod homo mortiatur et pereat.) tu scilicet ex Thesis tua, per distinctionem diversam in hinc partium corporis sole et animæ, responderes.

Opp. At non eo distinctionem tum adfero aut probo, quod ex Thesis sit desumpta, sed quod manifestè vera sit: immo, si Adversarius eo tempore nondum acquiescat, eandem etiam ipso mox probare paratus sum. Id quod et tu jam facere debuisses, nec Thesis tantum tuam crepare. Quæ tamen tantum abest, ut manifestè vera sit, ut nulla quez ratio probari posse: prout postea monstrabitur.

Hic nunc aqua haec et respondenti distinctione exponit approbat.

Resp. 2. Sed nec tua Regula prorsus Universalis est, quam in naturalibus quidem et finitis concedere possem, at non mox in mysteriis, Divinisque seu infinitis, quorum ratio est infinita.

Opp. Regulam ergo meam in naturalibus et finitis, admittis necum et probas! adeoque dum me communii aliquo principio nixum esse, jam fateris, agnoscere pariter cogoris, me solidius tecum hactenus egisse, te vero infirmum, ut qui nullum adhuc Communne principium contra me adduxeris. Deinde, frustâ et gratis iterum ex Thesis tua supponis mysteria, et rationem infinitam: quæ tamen cum principium apud me non sint, (nam ex utrinque concessis nos disputare, convenit,) eodem modo, quod prior tua distinctio, hic nunc sunt rejicienda, donec tu Mysteria Scripturae contra rationem esse clarissime probes, Christumque, ejusmodi infinitam hic habere rationem ostendas. Quod tamen te factum esse minime credo: nisi forte Christum simul, infinite sese contra rationem habere, adeoque infinite absurdâ essentia præditum esse, docere velis: quandoquidem infinita ratio non prætinus veram in naturalibus et finitis rebus tollat absurditatem (ver. gr. ubi impossibile esse diciture, idem simul esse, et non esse, etc.) sed rem tantum de qua seorsim est, infinite augeat. ver. gr. ubi Deus infinitè dicitur bonus, sapiens, etc. respectu Creaturarum, quæ finites sunt et dicuntur. Tertiò, facile queque probari potest,

omnes

omne i
non in
quam
que. C
et affin
suam
set, si
quanc
ter, co
suedur

Et qui

Aut h
lē: pr
hortu
mos a
te cor
dogui
pomu
rem /
2. D

surd
est.
absu

teat,
sunt
ris: q
dem
Conc
sunt

omne id, quod rationi adversum est, semper impossibile et falsum esse, non in naturalibus tantum, sed in divinis quoque: cum alicquin, nunc quam absurdum aliquid, sive id in naturalibus sit, sive in divinis quoque, (ceu quibus etiam varia absurdia a variis hereticis affecta sunt, et affinguntur, a Christo et Orthodoxis aliis propter absurditatem suam meritò rejecta et damnata:) indubitate falsum esse probari posset, si illum absurdum rationique adversum, rectum esse crederetur: quandoquidem tum semper ex Majori particuliari, ad eoque infirmiter, concluderetur, et semper ab Adversario excipi posset, imputatum sibi absurdum, non inter absurdia, sed inter vera esse referendum.

Resp. Hoc non dicendum tantum, sed solidè monstrandum est. Et quid? Si apparet tantum hic sit contradictione, non vera?

Opp. 1. Aut ita concludis: Aliqua absurdia sunt falsa. Ergo et hoc. Aut hoc modo: Omnia absurdia sunt falsa. Ergo et hoc. Si prius Major: prout apparet. Sin posterius? Recte. Hinc enim, verbi causa, in hortum quoque ingressurus, variis arboribus constitutum, etiam si et posmos adesse audiveris, non tamen mox propterea primam quamque ante conspectam arborem infallibiliter pomum esse dicere poteris: quandoquidem sive vel altera, vel textia, a te demum conspecta arbor, pomus tantum esse posset: Contra vero rectissime, primam visam arbor, pomum diceres, si omnes horti illius arbores pomos esse audivisses.

2. De apparente contradictione mox etiam dicetur.

Resp. Atqui ego ita satis firmiter concludo: Omnia absurdia in naturalibus sunt falsa. Ergo et hoc, quod in naturalibus est. Ad eoque falsum est, ne sine rejectione omnium in universum absurdorum, nullum absurdum indubitate falsum esse docere posse.

Opp. Ut hoc effugium tibi queas, adimam, quero, unde patet, omnia absurdia in naturalibus esse falsa. Nam, si dixeris: quia sunt absurdia in naturalibus: absurdens es, et nihil dicens. Sin dixeris: quia se mutuo perirent in naturalibus: (quemadmodum quidem duo disparata, si in eodem statuantur subjecto:) ita igitur concludis: Quaecunque se mutuo perirent in naturalibus, ea sunt absurdia, et stare simul non possunt. Quero ergo ulterius:

Obqm

Sana omnium hominum Ratio per se prout illuminata, et secundum aquissimas eternas suas disputationes Regulae processus, solium Patriae Domini nostri Jesu Christi summum est. um esse dicent.

4. FRANCIS & FREDERICORVM EXEMPLVM

Sana omni:
um hominum
Ratio per So-
pturam. S. il-
luminata, et
secundum a-
quifinas, et
ternas, fu-
as disputationes
di regulas
probodens
solum Pa-
rcem Domini
nostrri Je-
su Christi
summum
Deum esse
dictat.

Ob quam rationem haec sint absurdia, an quia naturalia sunt? an vero quia se mutuo perimunt? Non vero illud. Nam naturalia, quantum naturalia, se se non perimunt: alioquin se se semper perimerent naturalia. Ergo hoc: scilicet quod se mutuo perimant? Idque sim- pliciter: et quod semper, et proorsus impossibile sit, ea, que se mutuo perimunt, simul stare posse. Quocirca, immotu nunc veritatis manet haec argumentatio: Quaecunqz se perimunt, sive in naturalibus, sive in divinis, ea, cum stare simul non possint, falsa sunt. Adeoqz probatum quoque manet, Omnia omnino absurdia rationi, esse falsa, sive ea statuantur in naturalibus, sive in divinis.

Sed, ut porro quoque monstruem, Regulam meam de disparatis, com-
mune esse principium, etiam quod Divina concernit: an non rupisse quoqz
multa improbas, quae in Divinis literaliter intelliguntur, si ea absurdita-
tem pariant? verbi causa, Deum, qui Spiritus est, manus, pedes, oculi,
etc. habere? Christum esse vitam, lapidem, januam? Herodem esse
vulpem? etc. An non tu ipso Regulam hanc Theologicam tunc appro-
bas, Scripturam sole, ita ec explicandoam, ne absurditas aliqua intulucas?

Resp. Regulam hanc admitto in iis locis, qui non adeo sunt clari
ri atque mei sunt: ex ubi sensus literalis non aquie est necessarius?

Hic nume 2.
frustra a
Respondente
negatum es-
sel appareret
Regulam de
disparatis
in Divinis
quoqz valere.

Opp. Apparet ergo 1. te frustra hactenus id ursisse, Regu-
lam scilicet meam valere quidem in naturalibus, non vero in divinis.
Deinde, ecquis absurditatum patronus aliud dicet, quam quod a te
hic dicitur, nimicum: loca S. Scripturae, a se citata, proorsus esse
clara, imò clarissima: sensumque literalem penitus esse necessarium?
(E.g. Anthropomorphite, Deum, eo quod passim ei in Scripturis
humana tribuantur membra, nimicum, oculi, manus, pedes, etc.
Humanam formam introducentes, præditumqz esse credentes.) Et quo-
modo hi nunc a te ulla ratione refutari poterunt? Quomodo Be-
za? qui cum Calvinio paria faciens, in Tractatu de re Sacramen-
taria, quest. 9. prout a Bezano, Manual. pag. 609. et 610. alle-
gatur, ita scribit: Fatetur, incomprehensibile esse mysterium
Dei, quod fit, ut quod est, et manet in coelis, et non alibi, vere com-
municatur nobis, qui in terra sumus, et non alibi. (Quem pro-
inde

IN FALLIBILITATE DOCTRINÆ 5.

inde refutatus. Decanus ita loquitur: *Hic iterum vides morem et ingenium Hæretorum. Cum in aperta Contradictione deprehensor se videt, non contradictionem, sed mysterium interpretantur.* Quæ enim potuit manifestior esse contradictione, quam affere, corpus Christi nusquam esse nisi in cœlo; et corpus Christi conjunctum esse, cum symbolo panis in Eucharistia? etc.) Quomodo, inquam, Beza refutari ulla ratione poterit? quandoquidam suam quoque sententiam pro mysterio vendit: apparentem, tantum contradictionem in sententia sua esse contendat? Quam tamen tu, cum modo allegato Decano, manifestam et veram esse sentis? èo, quod impossibile sit prorsus, idem, eadem ratione, simul et esse, et non esse? Quæ ipsa ratio nunc et tuam contradictionem, non apparentem tantum, sed veram et manifestam esse arguit: (Eodem scilicet modo, quo Danhawerus in Idea boni Interpr. pag. 93. propterea absurdum et contradictionem esse statuit, dicere in sensu literali: hominem esse bullam: quod scilicet hac ratione homo, et non animatus, et tamen animatus, est credat.) Christus scilicet ei non infinitum est, et tñ infinitum esse.

Secundum probationis Membrium.

Negre est, quod tandem dicas: sententiam tuam in Thesis tua ex Scripturis esse probatam. Nam id ipsum hucusque nunc satis est ostensum, impossibile esse, ut tua sententia sit vera, aut, ut in Scripturis doceatur. Et non minus hoc probatu est impossibile, quam si quis ex Scripturis probari posse speraret, paulo ante allegatam Bezae aut Calvinii sententiam et contradictionem esse, veram; aut Deum posse mori, et peccare, posseque simul et spiritum esse, et humana membra habere. etc. Ut tamen ex abundantí, infirmitas quoque rationum theseos tue (petitaru), vel 1. ex eo, quod Christus in Scripturis Deus dicatur, immo, et alibi, Deus Verus, et Iehova, dici videatur, ut: Jer. 23: 5. Ioan. 5. 20. etc. Vel 2. quod ei tribuatur descriptio Dei, ut: Rom. 9: 5. Vel 3. quod ei attributa Divina tribuantur, ut: immutabilitas, seu duratio Heb. 13: 8. eternitas Isa. 9: 6. Mich. 5: 2.

Sana omnium hominum Ratio per scripturam S. illuminata, et secundum aquissimas eternaque suas dissuntandi Regulas procedens, sublimi Patre domini n. Iesu Christi summa deo et dicitur.

Hic nunc 3. hæretus respondens contradictionem manifestum nominans, cum ea vera sit et manifesta.

Omnis

6. FRENCT & FRENCORVM EXEMPLVM

Scriptura
S. rationa-
biliter, et se-
cundum re-
glas incor-
plicandi
Regulas u-
surpata, so-
lum Patrem
Domini No-
strui de fu-
Chri si sum:
mum Deum
esse erexit.

Omniscientia Joan. 21.17. Omnipotentia Apo. 1. 8. Phil. 3. 21. vel 4.
Opera Divina, ut: Creatio et Conservatio mundi Joan. 1. 3. Col. 1. 16.
Resuscitatio mortuorum, Joan. 5. 21. 26. miracula alia omnia Joan.
10. 36. 37. et 5. demum, cultus Divinus Joan. 5. 21. 22. 23.) mon-
stretur, age, hunc syllogismum ei per retorsionem nunc opponamus:

Quicunque Deus quidem dicitur (prout tu in Thesi tua, mo-
do citata, probas,) ita tamen, ut verus homo sit, Deumque supra se, vel
eo ipso dum Deus dicitur, habere dicatur, quem et se maiorem es-
se expressè ipsem profitetur, et à quo omnia sua habet, cùm à
seipso nihil habeat, aut possit; quicunque durat quidem, sed à cer-
to tantum et definito tempore; quicunque homo existens, Pater
quidem aeternitatis aut seculorum dicitur (prout tu itidem in
Thesi tua urges et probas.) Sed non, vel aeternus, vel ab aeterno
esse, immo non sine principio esse, dicitur; quicunqz porro omni-
scius quidem dicitur, ita tamen, ut diem ultimum res ignorare
diserte profitetur; quicunque omnia quidem potest, sed per Patrem
tantum; cuiusque Creatio quidem tribuitur, sed nova, idque, ut
causa tantum secunda aut medice, nunquam vero ut prima; et
quicunqz demum cultu quidem Divino affici debet, ita tamen, ut
Mediator tantum et legatus Patris, etc. Is Deus Summus nulla
ratione esse potest. Ratio est: quandoquidem, summum Deum
supra se Deum habere; aut ab alio accipere quicquam, immo omnia;
et nonnulla ignorare. quoque, que aliis sciat; esseque causam
tantum secundam, non primam, etc. Contradicitoria sunt.

Sed verum est prius: partim ex ante dictis, (nimicum,
quod de disparato hoc; scilicet homine Christo, disparatum al-
terum, scilicet Deus Summus, prædicari simul nequeat,) partim
ex clarissimis Scriptura S. Testimonii. Christus enim Deus
quidem dicitur, sed ita, ut Deum supra eo habere dicatur: Psal.
45. cum Heb. 1: 8. 9. Joan. 20: 17. 1 Cr. xi: 3. Christus Patrem
se maiorem esse expressè fateatur Joan. 14: 28. Christus omnia
a Patre habet, et sine eo nihil potest. Joan. 5: 19. 26. 30. Christus
a certo

a certo
8. præ-
porib[us]
2. Ioa
creatus
princip
9. Chri
scius
per qu
30. Ca
et præ
Col. 1. 1
tur, se
sto na
strea t
partim
fungi
seos t
teris s
citerq
tuaja
ta nos
Den.
ubi se
tur;
abere
nam e
tus se
et att
opport
esse.
elucc

INFALLIBILIS DOCTRINA.

7.

1. 4.
1. 16.
2. Ioan.
mon:
mus:
3. mo:
se, vel
zem es:
im à
à cer:
Pater
in
exo
omni:
care
rem
e, ut
; et
u, ut
nulla
Deu
omnia;
usam

xum,
um al:
ortim
Deus
x: Psal.
ren
omnia
Christo
à certo

2. Certo tantum ex definito tempore, nimirum, ab Heri, dicitur Heb. 13.
 8. præcognitus aliquin ante iactum mundi fundamentum, seu à tam-
 poribus antiquis, aut diebus aeternitatis 1 Pet. 1. 20. Joan. 17. 5. Mich. 5.
 2. Joan. 8. 58. Christus principium opificii Dei, et primogenitus omnis
 creature. ex adeoque à Patre omnia habet, habetque essentia suæ
 principium, nec ab aeterno est Apoc. 3. 14. Col. 1. 15. Ier. 30.
 9. Christus, ut Filius Dei, ignorat diem judicij, adeoque summe omni-
 sciens non est Marc. 13. 32. Christus omnia potest, sed per Patrem,
 per quem et ipsem vivit, et mortuos alios suscitat Joan. 5. 19. 20. 26.
 30. Cap. 6. 57. Cap. xi. 41. Christo tribuitur quidem gratia, sed novi;
 et præterea, ut cause medie, tantum, non ut prima. Eph. 1. 10. et 3. 9.
 Col. 1. 16. 20. Joan. 1. 3. Christus deum, Cultu Divino affici jube-
 tur, sed ut Mediator, Legatus et servus Ioh. 5. 23. Phil. 2. 10. II. Ier. 30. 9.

Ergo et posterius verum est.

Et etiam si nunc denuo distinctione tua (de diversis in Chri-
 sto naturis) uti, et ita ad argumentum hoc respondere velles, fru-
 stra tamen id nunc prorsus esset, et anædæctus id faceres; idque
 partim, quod tuum nunc amplius non sit Respondentis munere
 fungi, et distinguere; sed Thesis tuam probare, seu, rationes The-
 seos tuae, per distinctiones aut limitationes varias Scripturae Ve-
 teris Testamenti nunc infirmatas, confirmare. Simpli-
 citerque veras esse ostendere; partim vero, quod distinctio illa
 tua jam ante solidè sit confutata; partim denique, quod ad mul-
 ta non quadret. Verbi gratia: ad id, ubi Christus eò ipso, dum
 Deus dictus est, Deum tamen supra se habere, dici afferebatur;
 ubi se, Filium Dei, diem ultimi judicij ignorare ipsem profiteba-
 tur; et, ubi à Patre omnia habere, quæcumque haberet, ex esset,
 afferebatur. Huc enim jam non faceret, distinguere inter huma-
 nam et Divinam naturam: cum de toto Christo, quantus quam-
 tus sit, illa omnia dicantur. Hoc etenim probe hic observandum
 et attendendum est, argumentum modo formatum. Thesis tua
 oppositum, ex abundanti tantum, et majoris claritatis ergo,
 esse propositum, ut scilicet eò clarius infirmitas Theseos tuae
 elucisceret. Cum aliquin fundamenta theses tuae, vel sequente

Scripturae S.
 rationabilitate
 et secundum ve-
 ras receptiones,
 interpretationes
 Regulas usur-
 pata. Solu Pa-
 trem Domini nostri
 Iesu Christi
 summum Deum
 esse evincit.

Hic nunc q.
 distinctio Re:
 spondentis
 vana esse
 monstratur.

FRENGI FRENCTORVM EXEMPLVM &c:

Scriptura tantum syllogismo examinari, restringi et refutari potuissent: Quicunq;
S. rationabi: Deus quidem dicitur, ita tamen, ut homo sit, Deum supra se, dum deus
liter, et secundum dicitur, habeat, quem et se maiorem esse ipsemet expressè profitatur, ex
omnibus veras, receptaque interpre- de eo non necessariò sequitur, quod Deus summus sit. Ratio est in
tandi regu: promptu, ut antè: quandoquidem, summum è Deum, summoque
Deo subesse, aut eo minorem esse, contradictoria sint.
las, usq; expa-

Hinc ergò nunc satis superque appareat, in Thesi Responden-
tis id, quod probandum fuerat, (nimis Christum summum esse
Deum,) infirmiter nimis fuisse probatum; quandoquidem omnia ea, quae
de Christo probata sunt, ei, tanquam homini, competere possint. Et si
quicquam Respondens adhuc agere velit, necesse habet probare, 1. duo contra-
dictoria posse simul esse vera. 2. Christum kal' ἐξαρχη et secundum
excellentiam, in Scripturis dici Deum, quemadmodum aliquin ipse Pa-
ter, summus esse Deus dicitur. Hac vero cum in eternum probari ne-
queant, sequitur, Respondentem hic prorsus nunc deficere, inque dispu-
tatoria hac palastea succumbere: veritate interim (quam ex prie-
mos apostolorum Successores, universaq; primorum duorum, imo
trium fr̄e seculorum, Ecclesiam Christianam, tanquam ab ipsis-
met apostolis perfectam et traditam doctrinam, illibatè servasse,
credidisse, publicè docuisse, mox itidem contra vanam multorum
rem ignorantium, persuasionem, clarissè stabilit) lucem felicissime spiciere:

N.B. Tertium probationis membrum, ex Traditione de-
sumptum, hic initio additum non erat, tum, n̄e historia, dulcedi-
nē sui mentē forte maturius, quam par esset, à recta ratione
huc usque datarum consideratione et penetratione, avocaret, adeoq;
vix earum obfuscaret aut obtunderet; tum, n̄e scriptum istud
nimium excresceret, ingratiusque redderetur. Hinc vero, n̄e
quicquam desit, hic per typos demum annexum est, peculiariter
tamen Titulo, rem rei usum breviter indicante, à prioribus
membris sejunctum.

OR:

ORBIS CATHOLICVS in potissimis suis
TRADITIONIBVS de fide primorum
Christianorum EXTRÆMÆ ERRANCS:

Adeoque primariâ totius Christianismi sui de Deo et Christo doctrinâ, nunc cum Traditionibus illis amissâ, falsitatisque manifestè Convictâ, Religionis suæ, hactenus, velut ob singularem antiquitatem et infallibilitatem nimium superbientis, Conscientiisque aliorum dominantis, gravissimam ruinam, censuram, et diminutionem, sentiens:

Per

Tertium probationis, Normaque Reconciliatoris, Membrum
TRADITIONES scilicet,

seu

VERA prima Antiquitatis, fideique primorum
Christianorum MONUMENTA:

Ad dudum amissam veritatem, pacemque Ecclesie post liminio restituendam, ORBIS CHRISTIANO clarius quam unquam antehac, ob oculos posita.

2 Cor. 13.

Non possumus quicquam adversus veritatem, sed pro veritate.

2 Tim. 3. 8. 9.

Obsistunt veritati homines (NB) mente corrupti, rejectanei circa fidem. Sed non procedent amplius: nam amentia istorum evidens exit omnibus.

ORI-

10. FRENCGS FRENICORVM EXEMPLVM

Annectenda praecedentibus, tanquam Tertium
probationis Membrum.

Traditioes
veterum
nonnullorū
de Christi
cū Patre
equalitate
false ab Apo-
stoli profec-
ta esse di-
cuntur: quan-
doquidē illa
Historia Eccle-
siastica, ver-
edq; Traditioni-
ales confia-
ciuntur.

Ne quoque Traditiones Veterum (ad quas nonnulli, ubi a verita-
te vici sunt, inque Scripturis nihil amplius præsidū reperiunt, configere
solent,) ulli homini amplius imponant, ac si sententia de equalitate Chri-
sti cū Patre, que tamen, ut hactenus patuit, nec per sciam ratio-
nem, nec per Scripturas, probari potest, ab Apostolis sit profecta, ali-
isque per manus tradita: age ostendamus, tantum abesse, ut ha Ver-
terum nonnullorum Traditiones verae sint, ut potius contrarium ex
Historia Ecclesiastica elucescat, nimirum, ad ducentos & amplius
à nate Christo annos, nē unum ex omnibus veteribus Ecclesiastici
Scriptoribus, quorum quidem Scripta genuina habentur, reperti, qui
non Christum et eō et dignitas, et potentia minorem esse Patrem
crediderit, docueritque. Id vero ob hanc causam ēō promptius
nunc exequemur, quod omnes penè Historiae Ecclesiasticae Scripto-
res hic, sive per incuriam aut infidem, sive quod sententia sua ru-
inam inde metuerent, dormitarint, et præter unum forte, Petavium Ge-
suitam (de quo postea: quippe ob singularē hanc suam ingenuita-
tem, publicam laudem meretur,) uteus hoc tangere, veritatem in
lucem proferre, detrectare, neglexerintur. Sed et ēō hoc ipsū nunc
explicabimus fine, ut, ubi homines nec in ratione sana, nec in Scri-
pturis, nec solum in Traditionibus, illum sententia sua reperturi sunt
fundamentum, datū d. q. o laude, errorem suum tandem aliquando
agnoscere incipiāt, et falsitate ejurata, cum pridem deserta verita-
te in gratiam redeant.

Et principio quidem verisimile esse videtur, post obitum Apo-
stolorum, prout Egesippus apud Eusebium lib. 4. hist. Eccl. c. 22. docet.
Christianos aliquos, ac Pseudo-Christos, Pseudo-Prophetas, et Pseudo-A-
postolos, ex septem illis heresis in populo Christiano, quas ibidem
citatus Egesippus recenset, quorumq; antesignanum et primipilum
Simone et Magum Samaritanum (adeoque à Commixtione veri
Dei cum Deastris, et idolis in cultu suo religioso Samaritico non
abhorrentem) facit, descendentes, Confictis perversissimis (NB ipsa
Egesippi verba) Contra Deum et Christum doctrinis, unitatem Ec-
clesie.

clesie
mox a
genex
Mago
semis
fextu
quibi
gē a
negat
peccat
qui
derit
figu
dūm
pass
sac
sione
man
cere
cogn
gen
hac
scrip
te m
hem
ris
no.

omni
pul
bre

clesiae primitus divisisse, adeoque (ut ex Simonis Magi doctrinâ. Origo mox apparet) saram de Deo, ex Christo doctrinam, confusa novâ ^{tate Apo-}
^{génératione, novâ Christo introneto corrupisse. De Simone n.} ^{scilicet de}
 Mago, cœu Hæretorum omnium Patriarchâ, et qui impietatis ^{ad doctrine}
 semina mox ex Roma sparsisse, ibidem statuâ honoratus esse
 fertur, omnes ad unum Historia Ecclesiastica Scriptores, (cum
 quibus ex Lucas Act. 8. 9. 10. 11. conferri pl, cœu qui ab illis non lo-
 gè abit,) testantur, eum primum Christom acharum fuisse, id est,
 negasse, Iesum esse Christum et Redemptorem, seu talon, qui pro
 peccatis mortuus sit; contra vero asseruisse, se unum ex Filio esse,
 qui inter Iudeos apparuerit, et Patrem, qui in Samaria descen-
 derit, ex spiritum Sanctum, qui in Gentibus adventaverit; se trans-
 figuratum descendisse, ex in hominib, quidem ut hinc apparet,
 dum non esset homo, ex passum in Iudea putatum, cum non esset
 passus; scilicet esse infinitam potentiam, et Selenem primam esse. Iten his
 suis conceptionem (nam secundam, Vocem et mentis comprehen-
 sionem appellavit, ex tertiam Rationem seu cogitationem vocavit.)
 matrem omnium, per quam initio mente conceperit Angelos fa-
 cere et Archangelos. Hanc enim Ennæam ex silentio ex se,
 cognoscetum quæ vult Pater Iesus, digredi dixit ad inferiora ex
 generare Angelos, et Potestates, a quibus mundus sit factus. Et
 haec ex Greaco l. i. c. 20. Theodoreto, heret. fabul. l. i. aliisqz de-
 scripta Simonis Magi delicia, figmenta et portenta, cum accedan-
 te mox Corinthi expeditio, de qua paulo post dicitur quoz, nisi ver-
 hementer fallor, prima lineamenta ex rudimenta Orphæi (homini
 Ethnici, ex Pausaniam teste, Magi quoque,) versum, a Justi-
 no Martire, in Exhort. ad Grecos citatorum; quique ita habent:

Vocem juro Patris, primum quam condidit ore,

Consilio ipse suo mundum cum conderet omnem:) omnino fuisse ridentur; quos impostor aliquis, Simonis Magi Disci-
 pulus, sub Orphæi nomine, cœu cui, teste suida, ob nominis cele-
 britatem antiquissimis temporib, permulta alioꝝ auctor scripta, tanquam
 ejus

12. FRANCIS FRENCHORVM EXEMPLVM

Origo nunc eius genuina, ut ita majorum nanciscerentur auctoritatem, tribuebantur,
 rati. Apo. inter Christianos primum sparsisse videtur, quoque deinde Justinus,
 stolicus de tanquam ex Mosis doctrina ab Orpheo induitos, sibi et alias sacras
 Christo doctrinas fecit. Nam ubi versus illos citat Justinus, Poetas illos antiquos et
 etrinas. Philosophos, Orpheum scilicet, Homerum, Pythagoram, Plato-
 nem ex. Mose Libris adjutis, postea eis, quae antehac falso de
 diis censuerant, contraria docuisse, ait: proinde exemplo mox sub-
 jiciens Orpheum, hunc Divinis Mose aliorumq[ue] prophetis aliqua
 ex parte in Aegypto operam navantem, intellectissime putat, Verbo
Dei omnem factam esse Creaturam. Et propterea eundem Or-
 pheum, verbis prioris versus posteriorum addidisse versum, ait.
 (scilicet, ut constaret, de tali se voce, seu verbo, primum a Patre,
 condito, locutum fuisse, per quod Mundus deinde sit conditus.)
 Hisce igitur Simonianorum artibus ex delirio circumventus Justinus,
 Orphei q[ui]c versibus, (hanc diffidente Petavio Lib. I. de Trin.
 C. S. § 10.) juxta cum aliis, nexus sententiam suam de Christi, cen-
 Mantis, Vocis, et Rationis, Patris, (NB) ante Mundum conditum
 generatione ex Patre, ut Mundus per eum conderetur, utq[ue] ad ho-
 mines descenderebat, tandemq[ue] homo quoque fieret, proposuit. Confer-
 rat enim qui voluerit, utramq[ue] sententiam, et mecum, si animus
 non laetus fuerit, sentiet. Ita si causa quoq[ue] alia, quoq[ue] scilicet
 Justinum, aliosq[ue] eius sequaces, ad ejusmodi sententiam recipien-
 dam permoverent, hic addantur, nimisrum; Platonica Philosophica
 cognitio et amor; Nam uni Philosophiae has a Scripturis Divinis
 Justini aberrationes adscribi haud debere, quemadmodum forte
 nonnullis videri posset, et praterea, Platonem quoque ipsum mini-
 me a Mose talia accepisse, quemadmodum ipsi Justino hoc quide-
 placet, is protinus sentiet, qui tum duorum in Christo natu-
 rarum, aliorumq[ue] his similium ex cogitatione, multo commode-
 us, et certius Heretico alicui, et Christi fidei imbuto, Simoniz-
 ano Cerinthiano, quam Platonis, homini proersus gentili, quoq[ue] an
 Christus filius esset, et quis quantusque ille tandem futurus esset,
 proersus adhuc ignorabat, impetrari; tum Platonis quoque sententiam
 de uno summo ineffabile, ab summa Majestate invibili, immu-
 tabilique Deo, virtutibusq[ue] Angelis seu genii, Daemonibus et diis,
 ex

ex illo summo Deo, cuius radius ex Sole emanantibus ex productis, et non: nunquam in terra sub nomine spirituum, immo Filii ex Verbi operae: stantiam inter spiritus alios, voluntatis summi Dei ex Patris, annunciationem, tunc ita dicti, apparentibus ex conspectis; sine Mosaicorum aut Propheticorum Librorum opere, immo, antequam Moses ipse vixerit aut scripsisset, solo ratione. Ita si, ex ductu inventari, propo si, ex urgeri potuisse, novit: Gentilismi, plurimumq; eorum non prorsus obliterata memoria, hominesq; prestantes mox in numerum Deorum reponendi consuetudo, eumque, qui hoo tantum sit, colensi Religio et horror, etc: res Confecta erit: ex origo sententiae de nova Christi productione, proisque adeo Christo, patet. Imprimis si ex hoc hic adhuc observetur, quod Cœrinthi supra dictam Simonis Magi sententia mox veritatem in eorum et vendibiliorem fecerit: Negans quidem itidem, prout Trenanus annotat lib. 1. adv. her. c. 25. Jesum esse Christum, at Christum tamq; dei Filium, formâ demum Columbae, in Iesum baptizatum, ab ea principalitate, qua est supra omnia, descendisse, virtutesq; perfectissime, ac instante passione iterum à Iesu in glorias ad Patrem revolasse, asserens. Et hinc, distinctionem divisionis in Christo Naturæ seu personæ ab humana, at nimis crassam, separationemq; facientem, primus a parte introducens, et communisensi; adeoque ex aequali excastra (Monarchia quoq; adhuc soli Patri tributa) personarum in divisionis seu Trinitatem, postquam Simon Magus, Præteororum, Patripassianorum, et Sabellianorum Pares, unitatem personarum superstitione, et ad earum confusionem usque, usque, primus sine dubio ex cogitans, pomumque ericis Christianis proponens: adeo ut hæc Cœrinthi sententia ex doctrina, cum priore illa Simonis Magi aptè commixta, ex ea, qua sine distinctione personarum à Simonis unita fuerant, leviter juxta personas, aut naturas separans et distinguens, multò sane clarius, quam à solo Simonne factum fuerat, tres coæquales ex coæternis in una essentia personas, aut duas in Christo naturas, quemadmodum per à Justino Martyrem primum adumbrata sunt, subsequentibus temporibus clarius exprimendæ et proponendæ, nunc ponat. Statuatque.

Atæ

14. GREXIC & REKICORVM EXEMPLVM

Mutatio tñ
huc nentum
usq; ad aqua-
litatem Chri-
sti cum Patre
index Chri-
stianos re-
tos proce-
dit: quin i-
mō binae's
actus Eccle-
doctores in-
tra ducen-
tos, à nato
Chro annos,
soli Patre
summandis
tatem ad:
scripsere.

Hæc, inquam, omnia, quæ de sana doctrina post Apostolorū tempora corruptione, novi Christi introductione, hucusq; dicta et allegata sunt, verisimili quidem esse videntur: nihilominus rame nunquam concesserim, Satanam, quicquid etiam alias in professione Christiana innovare, immutare, pervertere, et corrompere, molitus sit, eō rem unquam deontasse, ut illi Christianismi professores, Ecclesiæ & Doctores, quoconque etiam modo seducti, intra primos ducentos et quod excurrit, à nato Christo annos, Christum Patrem equalē statuerint: quin imō omnes et singuli, Patris debitam præ Christo prærogativam, summanq; Semper Deitatem, adscriptissē. Quod ut jam Clarissime constet, et cuivis pateat, et numerabimus primo omnes Ecclesiæ Doctores, quotquot inde ab Apostolis ad ducentos circiter annos, scriptis suis clari extitere, quo numeris scripta ad nos vel integra, vel imperfecta pervenire: ut enumeratis omnibus, nè suspicio quidem sit amplius, force fortè aliquos, qui ab his diversum vel senserint vel docuerint. Deinde, singulorum ita enumeratorum sententias et doctrinas, ex indubitate aut receptis ipsorum scriptis producimus et profremus: scopo, quem nobis prefiximus, hac ratione plenissime satisfacturi, fidemque nostram datam fidelissime exsoluturi.

Catalogus
Ecclesiæ
Doctorum de
fide primor-
um duorum
seculorum
inoubitate
testantium.

Catalogus igitur omnium Ecclesiæ Doctorum, inde ab Apostolorum temporibus ad integras usque ducentos annos, quorum sive scripta adhuc extant, quosq; vel Petavius ipse pro Traditione sua Trinitatis afferenda allegat, hic est: I. Hermas, seu Pastor dictus. II. Clemens Romanus. III. Ignatius. IV. Polycarpus. V. Justinus Martyr. VI. Athenagoras. VII. Theophilus. VIII. Tatianus. IX. Irenæus. X. Tetrullianus. Hi, inquam, decem soli supersunt, qui de fide primorum duorum seculorum, indubitate testari possunt. Nam quæ sub Dionysio Acropatite nominante circumferuntur, ea nec ipse Petavius allegat, imò lib. I. de Trinit. c. 3. § 3. prout propria ejus verba in Justino dei- de allegabuntur, vel eo quoque nomine ab ipso prorsus rejici- videntur, quos Bellarmine lib. de Script. Eccles. librum Justi- no attributum (Expositionem fidei, dictum,) cum suppositis aliis rejecerat, quod scilicet inibi de Trinitatis Incarnationis myste-

FABRICIO DOCTRINA. 15.

mysteriis multo apertius et distinctius disseratur, quam seriz
ptores ejus seculi facere soleant. Ob quam causam Petavius sic
ne dubio. Nec supposititum Martialem, a nobis similiter omis-
sum, allegare audeat. Quanquam et altera adhuc sit ratiō, scilicet,
quod Veteres tam hujus quidam illius, nungā, et nusquam memine-
rint. Et etiam si deinde Veteres unius adhuc a Petavio allegati,
Aristidis scilicet, fecerint mentionem, frustea tñ is a Petavio
huc citatur, quād oīdū nūl p̄epter nōme Aristidis nūne su-
persit, ex Martyrologiorum quidem testimonium de titulo seriz
pti Aristidis, (quod scilicet Christus Jesus solum esset Deus)
nūl adhuc probet; eo, quod vere dici possit, Christum Iesum so-
lum ēē Deum, scilicet a Deo factum et constitutum. Quia sine
dubio Aristidis, quemadmodum omnium istius temporis Christi-
anorum, prout mox probabitur, sententia fuit. Ut id nūl
taceamus, testimonium illud Martyrologiorum recentius, adeo
incertius ēē, quam ut fidem mereari possit: Petavius quoq; ipso
his suis verbis: Si Christum solum esse Deum probavit Christi-
des, ex fidem eorum suspectam ēē innuente. Nunc igit̄ qua
singulorum, modò enumeratorum Ecclesias Patrum, de Pa-
triā dñi N. Iesu Xti fuerit sententia, confessio et doctrina oreine
videamus.

I. Liber Pastoris seu Hermæ, qui circa Annū Christi Primus
et om̄um vixisse creditur, ipso quoque Petavio, in Prefat. Tom. Scripto-
rii. de Trinit. c. 2. § 6. citante, ita dicit: Crede, quoniam
unus est Deus, sacerdos scilicet, Nam de Filio nūngā ita,
sc̄o semper aliter loquitur; prout audiemus.) qui omnia
constituit, et fecit, ut essent omnia, omnium capax, et qui a
nominē capitur. Hæc vero de Pater tantum dicit, non item
de Filio, adeo clarum est, ut nec Petavius id tamdiū diffiteat-
tur, ex proinde ex aliis hujus Autoris verbis, traditionem su-
am elicere conetur. Ait enim: Sed etiā nōn ille Deus de Pa-
tre solo intelligatur, ceterarum personarum sit in eodem
libro mentio: (Bene! perge!) nec aliter, qm̄ ut veri Dei et
summi. Hæc vero falsissima sunt: prout postea monstrabitur.
Audi-

16. FRANCIS FRANCORVM EXEMPLVM

Solus Pater
summus
Deus, scilicet
cunctum
primorum
seculorum
Christianos.

Audiamus vero huc tuam probationem. Inquis ergo porro? Este: nis in lib. 3. Similitudine s. dum interrogasset Hermas, quare Fi- lius Dei in similitudine hac servili loco ponitur? respondet Pa- stor. In servili conditione non ponitur Filius Dei, sed in magna potestate, et imperio. (Atqui hic addere debuisses, Petavi, si non fallere alios, sed docere voluisses, de qua potestate, de quo Imperio, Pastor fuerit locutus? nimicum, non de aequali cum Pa- tria potestate et dominio, sed de tradita ei post mortem a Pa- tre potestate, dominioque super populum suum, sibi itidem a Pa- tre datum, et cui Christus ipse doctores prefecerit: quo nomine Christum non ut servum, sed ut dominum populi sui esse, introducique ait: prout se mox, rationem querenti Her- mas, Pastor diserte explicat. Et proinde infausto admodum o- miniae Trinitatem tuam per Traditionem confirmare, ostenderemque incipis, Petavi? inque ipso limine, offendens, negque probare potes, quod probare volebas, scilicet Hermam Filii et Spiritus Sancti facere mentionem, non aliter, quam ut veri Dei, ac summi: negque. Autorem candidè citas, seu longè altere, et ad nostra mentem se se explicantem: adeo nos fallere voluisse videris? Quod tamen a candore tuo, alijs in rebus demonstrato non ex- pectasse. Sed pergis tua ex alio auctoris loco probare, et in- quis?) Et in similitudine nona: Filius quidem Dei omni creatu- ri antiquior est, inquit ita, ut in consilio Patri suo adueniret ad condendam creaturam. Nam haec (inquis porro) prima: ria est divinitatis nota. Nihil enim inter Deum et Creaturam medium est. Quicquid autem est Creatura, id servili conditio censemur. Itaque hoc argumento mulcam Patres contra Arianos utuntur. In eodem verbo loco Spiritus Sancti meminit: cumque dicit insundi, et habitare in hominibus, eis servire. Corporal no- stra. Qua ratione Divinitas illius ab antiquis probari conve- nit. Ita non obscuris lincamentis expressa est doctrina Tri- nitatis illo in libro. Huc usq; verba tua. Verum o Petavi, nec a Creatura discerni, est, prout tu putas, et ostendis, primaria. Divinitatis nota: secundum veteres ut maximum Christianos. Na- pleriq; Petavi, inio oes, quos jam ordine allegabimus, quosq; est tu- ipse

ipse. t
Sempe
lenu
de Tr
de Pa
ceter
sam f
isse, h
runt:
tià sup
hic co
Quid:
præter
at, Fi
aut ad
fuisse
Patris
obedie
Dei, et
Et mo
verat.
eo quo
ejus se
paulo
gelis, d
rante.
Deum
Spiritu
illustre
stati m
ctor no
tu nob
Filiu
liquis a
ptos su
omni C

INFALIBILIS DOCTRINA 17.

ipse toties allegasti, atq; ita allegare docuisti alios, Filium quicquidem
 semper à Creaturis distinguerebat, nunquid tamen eum Patri aequaliter sum-
 lem esse statuebant. Recognoscit propria tua verba ex lib. secundum
 de Trinit. c. s. § 7. que hec sunt: Ac tametsi (antiquiores) filii primorum
 de Patris esse substantia, sive natura affererent, qua una re à seculorum
 ceteris, que Creaturae propriè vocantur, illius conditionem diceret.
 sam faciebant: non minus tamen quam Creaturas initium habu-
 isse, hoc est, minime ex eterno distinctam hypostasim fuisse, puta-
 runt: ino (propterea paulo ante dixerat) vero, dignitate, ac poten-
 tiā superiorē ē Verbō Patrem, arbitrai sunt. Tibi ipsi ergo
 hic contraria loqueris, Petavi, nihil ex Auctore nostro predas.
 Quid: quod ex ejus similitudine quin ea, cuius tē multa studiō
 præteriisse, paulo ante dictum ex ostensum est, manifestè appare-
 at, Filium Dei ab ipso, aut pro homine tantum fuisse agitum,
 aut ad minimum, Patrem, ino est Spiritu Sancto, multo minorē
 fuisse creditum. Cito enim loco Filium, non tantum ut seruū
 Patris introducit, sed etiam ut Servum spiritus Sancti, eique
 obedientem. Ait enim: Et propterea corpus Christi seu Filii
 Dei, cui infusus erat spiritus Sanctus, huic spiritui servirit.
 Et mox: Corpus Christi, inquit, spiritui Sancto semper obedi-
 verat, eccl. ex propterea placuit Deo, et receptum est in gloria:
 eo quod tam pius cursus, tamq; pia vita filii sui, corporis
 ejus Sancti, Deo valde accepta fuerit, placueritque? Ino,
 paulo ante Deum introduxit, cum spiritu Sancto (NB) et An-
 gelis, de Christo in Coelestem hereditatem evanescendo, delibe-
 rantem, sententiasq; ilorum super hac re exquirentes: additq;
 Deum propterea illos in Consilium adhibuisse, ut corpori illi, quod
 spiritui Sancto indesinenter, et sine contradictione serviverat,
 illustris aliquis peculiari locus assignaretur, neque laboris pra-
 stiti merces amissa videretur. Hec et ejusmodi alia, Au-
 tor noster de Filio proicit Petavi! que longè alia sunt, quam
 tu nobis pingis; que omnes omnino docent, Pastorem nostrum nunquid
 Filium Dei cum Patre coequasse, sed Patrem iustum cum re-
 liquis antiquis, Filio Superiorum credidisse. Est incertum quoq;
 plorsus adhuc est, utrum, dum in similitudine d. Filium Dei
 omni creaturā antiquiorē ē, ait, per Filium Dei, Christum
 intelli-

18. IRENIC & IRENIORVM EXEMPLVM

Solus Pa- intelligat: quandoquidem tum in similitudine quinta, tum alibi, spi-
ter summa- ritum Sanctum Filium Dei, (prout id ab aliis quoque Veteribus,
Deus, secun- Athenagorā nimicum, Theophilo, Tatiano, etc. vel te quoqz confi-
dū pri- mortum, seculorum Christianos.
secularum Christi- tente, factum est,) apellet: videaturque hic ab ipso Filius Dei pro-
pterea pro Spiritu Sancto sumi, quod Spiritus Sanctus Christo
primario et praecipue destinatus datusqz fuerit: quemadmodum
Author in citata similitudine quinta loquitur. Sed quicquid
de hoc ultimo sit, de quo riederint alii, (cum minime hic nunc
spectet: quemadmodum nec illuc, quod corpora nostra servire
dicantur spiritui Sancto. Nam ex Corpus Christi ibidz Spi-
ritui Sancto servisse, obediresqz est: nec tamen Petavius propter-
ea concedet, Spiritum Sanctum Christo esse superiorum.) hoc nunc
tamen certum est, et manet, Pastorem nostrum Filium Dei Pa-
tre, multo minorum statuisse, et credidisse: adeoqz solum Patrem
sicut quod nunc monstrandum erat) pro Summo Deo habuisse.
Tantum igit de Herma, seu primo in ordene a nobis allegato Tradi-
tionis veterioris teste. De cuius Libro hoc auctu[m] auctoritatem esse Cen-
so, eum tantas auct[or]es Veteres fuisse anchoritatis, ut ab Ireneo sim-
pliciter pro Scriptura in rebus Fidei allegetur, lib. 4. c. 37. et ab
Origene in Cap. 16. Rom. Divinitus inspirata Scriptura dicatur: ab
Athanasio demum de Incarnat. p. 39. Liber utilissimus, et ab Hierony-
mo lib. de Script. Eccles. qui eum apud quasdam etiam Graecia Ec-
clesias publice legi ait, liber revera utilis vocetur. Quibus omni-
bus encomius Petavius, et hoc subjungit, hanc in postremis hic
habendum: Librum hunc scilicet, a nullo heresi, falsive, maxime de
Trinitate, dogmatis insimulatum ec.

Alter scri- Sequitur II. Clemens Romanus circa annum C. 92.
ptorū Chri- Hunc vero (ut libros Constitutionum, ei falso forte adscriptos, nunc
stianorum, quemadmodum facieant, in quibus aliquin lib. 2. c. 48. Filiu[m] expressie minorum Pa-
primus Pa- tri facit, dum ita scribit: Quaecunq[ue] Diaconus potest, moderetur
triu[m] filio majorum per se, accepta ab Episcopo potestate. Sicuti Christus potest acce-
facit. creandi, ac providendi accepit a Patre: qualia nonnulla et in aliis
horum Librorum locis reperiuntur:) in Epistolis ejus duabus ad Corin-
thios, quarum prior pro iundicata habetur, non tantum Photius Pa-
triarcha Constantinopolitanus, vel ipso Petavio dicente, suspectum
habet.

her Arianismi; O tempora! O mores! Etiamne innocios illos Padres hæc Solus Pa-
 recos mox insimulare pergetis, si tantum apostolicè loquuntur: quem ter summus
 admodum de Clemente Photius ipsem testatur; et Filium Patri & deus secun-
 quare prætermittant? An non hoc magis vel ipsi Apostoli vobis tandem
 fieri poterunt Heretici aut Ariani? See et Petavium ipse et magis
 ahsue hujus haereses suspectum reddit. Ita enim Photius in Biblio
 otherea sua de Epistola illarum Scriptore. Clemente annotat. Sim-
 plex ejus Oratio est ac perspicua, ac Ecclesiastica et inelaborata
 accedens dicendi formam. Reprehendat utroq; hoc in illis quispiam,
 quod summum Sacredotem, Presidemq; Dominum nostrum, et e-
 sum Christum appellans, ne illos quidem Deo convenientes et subli-
 miores de eo voces pronunciet, et metu nec aperte illum ultihi in
 his blasphemet. En accusacionis Photianæ Capita! quia qualia
 sunt, jam dictum est. Petavius igitur, nihil clementior in hunc Cœ-
 mentem ostenderet volens, et hunc juxtam cum aliis Veterib; in
 nonnullis de Trinitate errasse, Patremq; filio maiorem statuis-
 se, hac de eo, Photius iudicio, subiungit lib. I. de Trinit. C. 3. § 7.
 Photius, inquit, de Epistolis Clementis ad Corinthios loquens, suspectus
 hoc in priore et dicit, quod cum Jesus Christum Pontificem et
 Patronum nostrum appellasset, nullas alias voces, Divinitati ejus
 congruentiores, ac sublimiores addiderit. At in secunda expre-
 se Deum nominari. Sed si hoc satis et credidit Photius ac evi-
 tandam Arianae heresis suspicionem, Deum nominare Christum,
 multum falsus est. Nam Deum Ariani impinge nominabant Christum,
 etiam qui inter ipsos perditissimi etant. A nome i, ut ex il-
 la re neutrā in partim prejudicium facere liceat. Ita nec per
 ipsum Petavium Clemens noster ab Heresi absolori possumus magis
 ahsue illi impacta manet. Quid ergo? Ximirum, accipiens
 ab Adversariis nostris, quod illi nobis ultra largiuntur, et do-
 nant: scilicet, Clementem Filium Patri non quare, sed ut eo
 minorum cum aliis antiquis habere. Dissentimus vero ab eis
 in hoc, quod Clemens i.e. faciat Apostolicè processus, et secundum
 veritatem, non autem Hereticè aut male, prout adversarii vo-
 lunt. Et certum est, Clementem, si evolvatur, perpetuo ita lo-
 qui, ut Patri prærogativam pre Christo relinquat, et deferat, eu-
 Deum omnipotentem, Deum unum, omnium Christum, Deum pas-
 sim appellando, et ita quidem, ut Christum iuxcum ab illo Deo ma-
 nifeste distinguat: adeoq; in censum illius summus deitatis
 suprime admittat. Christum vero præterea ita tantum, quem-

libri, spic-
 bus,
 confi-
 ei pro-
 Christo
 modum
 inquit
 nunc
 exire.
 et spic-
 proprie-
 tate
 dei Pa-
 Patient-
 esse.
 Tradit-
 o Cœ-
 ro sign-
 et ab
 ur: ab
 Hierony-
 mæ Ec-
 os omni-
 is hic
 xime de

C. 92.
 eos, nunc
 rem Pa-
 retetur
 testaceum
 in aliis
 ad Corin-
 Photius Pa-
 spectum
 fuit

20. FRANCIS FRANCORVM EXCEPTEM

Solus Pa-
ter summo
Deus, se-
cundum
primorum
seculorum
Christianos.

admodum et de Herma dictum est, describit, ut aix aliam, quam hanc naturam in ipso agnoscere videtur. Ejus enim summam dignitatem et sublimitatem scripturus, splendorum eum tantum, et radiu magnificencie Dei appellat, ei cum Angelis duxerat, ob acceptam a Deo potestatem comparat, non vero Deo exequatur, eccl. Quibus arguitur permoti Adversarii, de Clemente hoc tam inclementem sententia tulere, eique vel heres eos labem, (heretici ipsimet potius, et ab antiqua veritatis semita, per nimiam cum aliis altercationem, alicunq; seductionem, aut rejectum veritatis amorem, prodigiose alienati,) affersere. At longe aliter, ex honestius multo Petrus, Patrem Filio maiorem esse non ignorantibus, de his Clementis Epistolis judicarunt. Grenaeus enib; de iusta loquitur: lib. 3. adv. her. c. 3. Sub hoc igitur, inquit, Clemente dispensatio non modica inter eos, qui Corinthii essent, fratres, facta, scripsit quae est Romae Ecclesia, potentissimas literas Corinthiis, ad pacem eos congregans, et reparans fidem eorum, et annuncians, quam in recenti ab Apostolis receperant traditionem, annunciantem unum Deum omnipotentem, factorem coeli et terra, plasmatorum hominis, qui induxit catachysnum, et ad recuperavit Abraham, qui eduxerit populum de Terra Aegypti, qui collocatus sit Moysi, legem disposerit, et Prophetas misericordia, qui ignem preparaverit Diabolo et Angelis ejus. Hunc Patrem Domini nostri Iesu Christi ab Ecclesiis annunciari, ex ipsa Scriptura, qui velint discere possunt, et Apostolicam Ecclesiae traditionem intelligere, cum sit vetustior Epistola his, qui nunc falso docent, et alecrum Deum super Deum unum et factorem horum omnium, que sunt, commentuntur. Quibus verbis Grenaeus non tantum iniquiores illos hodiernos Clementis censores perstringit et confundit, sed et sententiam nostram manifeste confirmat, solum Patrem domini nostri Iesu Christi (ad eorum excluso Christo) a Clemente et Apostolis, unum Deum omnipotentem et praedicare. Ridendum igitur se propinat Petavius, dum quasi contra seipsum, et postquam alibi, prout vidimus, contrarium ostendisset, prefat. in Tom. II. dogm. Theol. c. 2. § 2.

rum

tum ex aliis nonnullis Clementis verbis, nullam prorsus vim ad Tri-
nitatem ipsius confirmanciam habentibus, tum denique ex his, ubi leg-
imus ait: In non unum Deum habemus, et unum Christum, et unum secundum
spiritum gratiae effusum in nos? colligit, Clementem et tres Divini-
tatis personas hic intellexisse, et praeterea hos tres aequales, et
quorū p̄fess fecisse. Plane, ac si Christus non posset dici unus, ni si
persona Divinitatis, Patris aequalis ēc, simul statuerit. O miserae
collectionem! Cum potius Clemens, eo quos Christum ab uno Deo
hic distinguat, adeoq; excludat, minime omnium de tribus aequali-
bus Divinitatis personis sive egisse, sive cogitasse, censori debere.
Proinde, quotquot non jurarunt in verba Petavii, ex iudicij s̄ libe-
rioris, hos longe aliter nunc visuros et collecturos ēc confito. Pergo ad
Ignatium.

III. Ignatius Episcopus Antiochenus circa annum Tertius
Christi 100. in Epistola ad Tarsenses (secundum Latinu Exemplar scriptor
plaria, que à Bellarmino, in lib. de Script. Eccles. p. 42. doctissim
alii, muleo emendatoria Præcis ēc creduntur,) ita scribit: Ko-
vi, quoniam quidam Ministrorum Satanas voluerunt vos turbare:
quorum quidam dicunt, quia Jesus putative natus est, et putati-
ve crucifixus; quidam vero, quia non est filius ejus, qui feci-
dum; alii autem, quia ipse est ille, qui est super omnia Deus etc. ^{Patram}
(Hic nota, Ignatium eos Satanæ Ministros appellare, qui de Chri-
sto dicebant, eum Deum super omnia ēc. Vnde patet, quam im-
pium visum fuerit Ignatio Christum Patrem aequalē statuere.
Pergit vero Ignatius, contrarium probaturus, nimicum, Christu
non ēc ipsum super omnia Deum, et ait: Et quoniam non ipse
est, qui est super omnia Deus, sed Filius ipius, (Hic apparet,
Veteres, ubi Filium à Patre distinxerit, eum non tantum à Persona
Patris, sed etiam ab ejusdem essentia distinxisse: quandoquidem
Deum super omnia esse, non tantum personam, sed et essentiam
Patris concernat. Apparet 2. Veteres pro uno eodemque habuisse,
sive quis Patrem dicere, sive Deum super omnia, et aque hoc atq;
ille de Filio negasse: adeoq; quoties Filium dixerit, eum Patrem
nimē aequalē statuisse. Vnde 3. patet, quid mysterii sit, quod
Vr-

22. TRÆKICÆ TRÆKICORVM EXEMPLVM

Solus Pa-
ter sum,
deus se-
cundum
primorum
seculorum
Christia-
nos.

Vetores in fidei simbolo Filium à deo omnipotente, rerumq; omnium conditore, distinxerint, adeoque excluserint. De quo tempore infra latius. Nunc quomodo Ignatius Filium non ee super omnia de: non probet, audiamus. Inquit enim: Dicit: Ascendo ad Patrem meum, et Patrem vestrum, et Deum meum, et Deum vestrum. Et quando subje: cta ipri exunt omnia, tunc et ipse subiectus ei, qui subiectus ei oia, ut sit Deus omnia in omnibus. (Hocum Ignatii utrborum hic est sensus: fieri non posse, ut is Deus super omnia sit, qui ad Deum super omnia se ascendere dicat: quemadmodum hanc explica: tionem exemplaria quoq; nonnulla Latina expressè aduent. Im: possibile quoq; esse, ut is Deus super omnia sit, qui snum adhuc Deum habere faciat. Et ut magis magis appareat, tum hanc fuisse Ignatii sententiam, tum Vetores de toto Patre, quantus qua: tus esset, non vero quemadmodum habieras, de persona ejus pa: tum, quantus essentia Contradistinguitur; de toto istu Filio, quantus quantus esset, non vero de hac vel illa tantum credita: natura, loquens ee: concludit tandem ipse Ignatius, et diserte: ait.) Igitur est alter, qui subiectus, et qui est omnia in omnibus; et alter, cui subiecta sunt, qui et cum omnibus subiectur. Idem Ignatius in Epistola ad Philippienses, Christum introducit princi: palem baptizare in nomine Patris, et Filii, et spiritus Sancti, et addit: non in unum quendam trinomium, neque in tres unius ex: iudicemq; honoris. (Non ergo Filium Patris aequaliter censuit Ignatius.) Quemadmodum etiam sub finem hujus Epistolæ Filii ita loquentem facit: Non sum contrarius Deo, sed confiteor eminentiam, et non recuso adorare eum, quem novi nativitatis meæ auctorum et dominum, atque mea perseverantie custodem. Ego enim, inquit, vivo propter Patrem. Icor. vi. Omnia autem illustrissimus est ejusdem hujus Epistola locus, ubi Ignatius ita loquitur: Quomodo resum non tibi videtur Christus ee ex Virgine, sed is, qui est super omnia Deus, ille feli Omnia potens? Quis ergo est, qui hunc misit, dicitur quis re, qui hunc dominatur, vel cuius sententia subiectus fuit, aut cuius ex: gem acompliavit, qui negat sententia cuiusquam, neque potest tri

ti cedit? Et Christum nativitate eximens, ingenitum censes natu^{rum} Solus Pater
 est, et eum, qui sine principio est, cruci affigum est? Quibus verbis summus
 Ignatius Christum manifeste Deo, qui super omnes est, qui omnipotens Deus, se; cunctum
 dominator, et sine principio est, opponit, adeoque, satis innuit, Chrysostomus nec deum super omnes, nec omnipotentem, nec dominum primorum
 natorem supremum, nec denique sine principio est, sed principium secundum
 habere: quandoquidem cruci affigi, in eum non cadat, qui super omnes sit, principium non habet. Et etiam si quis hic exciperet Christianos,
 vellet, duas has a nobis citatas Ignatii Epistolas, ad Tarsenses sci-
 licet, et Philippenses, dicas esse, Testimonioq; Veterum destitui-
 is sane, parum hoc suu proficeret: quandoquidem Ignati-
 us in recepta quoque ab omnibus Epistola ad Ephesios, eadem fe-
 re modo de deo et Christo loquatur, sentiatq; atq; in illis loqu-
 tus fuerat. Nam in hac, et solum Patrem Domini nostri Iesu
 Christi verum esse deum, ingenitum, et inaccessibilem, universo-
 rumq; Dominum expressè patet, et præterea, hoc ipso Filium
 Patrem minorem esse innuit, quod Filius a se ipso nihil loquatur,
 sed ea tantum, qua a Patre auerit, et qui omnia de senten-
 tia, id est, iussu ac voluntate Patris, creaverit, constitueritq;. Quos ultimum sôle, et in Epistola ad Philippenses similiter repe-
 ritur. Cæterum, num tempore Ignatii jam hoc fuerit in Ecclesia
 recepta fides, ne idem Iesus Christus duplice naturâ praæritus,
 verus homo, et Deus haberetur, quemadmodum quidem Petavius
 vult, incertum adhuc (etiamq; rudimenta aliqua illius fidei jam
 in interpolato hoc nostro Ignatio apparere concedatur,) est: eò,
 quod in tam varie interpolatis Ignatii Epistolis, quid vere ge-
 ninium sit, cognosci negeat: possintq; et illa, qua Petavius
 prefat. in Tom. II. C. 2. § 8. ex Theodoreto citat, queque ei ma-
 xime genuina esse videntur, de solo homine Christo, per Spiritu
 Dei lato, intelligi: quodq; præterea, ex mox allegando Polycar-
 po, seu successore Ignatii, nihil adhuc de duabus in Christo na-
 turis appareat: tantum abest, ut (quod Petavius hic avertit,) allegata ab eodem Theodoreti loca demonstrare valeant, dupli-
 cis naturæ in Christo professionem ex Traditione Christi, et
 Apostolorum fuisse. Qui non enim professio hæc erans tum quod
 fuisse peneretur, ex traditione pseudo Christi, et pseudo Apo-
 stoli

24.

GRECOGREGORVM EXEMPLVM

Sol. Pater
summa de,
2dum pri-
morum seculor
Christia: nos.
stoli alicujus, (ut cum supra citato Egesippo loquar,) quemadmodum
nonnulli alio incommode, imo insulte, sive Ignatii, sive alicetum
antiquorum sententia, quas nec Petavius ipse admittit, non vero
mox, ex Christi et Apostolorum Traditione, fuisse potuisse? Sed de
his alias, ubi scilicet de Justino agetur.

IV. Polycarpus igitur **Episcopus Smyrenensis** sequitur, qui
Quartus circa annum Christi 130 vixit. Hujus nihil nobis reliquum est, pre-
scriptorum ad Philippenses scriptam, et fragmenta pauca, ab Euse-
bio servata. Coeterum in Epistola ad Philippenses nihil prorsus conti-
nendum, con-
veniente, quod Divinitatem Christi arqueret, imo Christus non tan-
tum semper a Deo omnipotente, aut summo distinguitur, qui etiam
precedens: Deus Domini nostri Iesu Christi dicitur; sed et perpetuo (quem:
sib, sibus, admodum in Superiori Clementis Romani Epistola) ut homo tan-
tum, et qui in carne venit, constitutus scilicet minister omnium,
Patreum sic suscitatus tandem, et a Deo exaltatus, Dominusque noster, et
lio major: renfascit. Pontifex sempiternus existens, in quem proinde omnes credere
debeant, introducitur. Quod ipsum ei Polycarpum Patrem Filii
multo maiorem statuisse, eundemque Filium hominem tantum
credidisse, Cum in exaltatum tantum credere jubeat, docet: et
pratececa hoc idem nunc Petavium destituit, prohibuitque, quod
minus is ex ea pro Trinitate sua testimonium illum proferre
potuerit. Cum primis vero hec ipsum D. Calovium, Professor em.
Wittebergensem, adeo male habuit, ut in Dissertationibus Theo-
logicis Rostochiensibus p. 197. hanc Epistolam propterea, quod
rabil in ea inveniret, ad Trinitatem faciens, eamque indicans,
aut confirmans, in pseudepigraphorum censum conjecterit. Ver-
ba ejus sunt hac: Quod ad Epistolam Polycarpi ad Philippenses,
qua in Orthodoxographis habetur, neque refert ea spiritum,
vel genium tam diligentis Iohannis Discipuli, nec a sequitur
D. Brendi encomium, quod tribuit genuinae Polycarpi Epis-
tola, ideoque merito suo numeratur inter Pseudoenarrationes.
Licut tamen (addit) de confessione (Trinitatis) et fide ejus, ju-
dicium facere et precatiuncula apud Eusebium l. 4. c. 15. Hu-
usque Calovius. Verum non propterea aliis mox ita displiceat
aut displicere potest Polycarpi hujus Epistola, quia D. Calo-

Oro

rō displicet. Quin tñm (nam frustea est, quod Caiorius eam Epiz Solus Pater
 stolam, quæ ab omnibus vetustioribus indubitate recipitur, suspecta summus
 nunc facere velit:) ex vetustioribus, Irenæus, lib. 3. Cont. har. c. 3. Deus secundum:
 et ex eo Eusebius lib. 4. Hist. C. 14. honorificam admodum ejus p:rum secundum:
 ciunt mentionem: Extant, inquit, ex Epistola Polycarpi ad Phil. locum Christi
 lippenses scripta, et ad hoc instructissima, ut ex ea fidei charare stianos.
 et ceterum ac veritatis doctrinam cognoscere queant ii, qui salutis sua
 rationem habent. Et Hieronymus: lib. de Script. Eccles. Poly:
 carpus, inquit, scripsit ad Philippenses valde utilem Epistolam,
 quæ usque hodie in conventu Asiae legitur. Photius item, Pa:
 triarcha Constantinopolitanus in Bibliotheca sua: Lecta est
 inquit, Polycarpi Epistola ad Philippenses, multis referta admoni:
 tionibus, cum perspicuitate, et simplicitate, juxta Ecclesiasti:
 co interpretacionis formam. Ex recentioribus vero Bellarmi,
 lib. de Script. Eccles. Sanctus, inquit, Polycarpus, Episcopus, et
 Martyr, unam scripsit Epistolam egregiam ad Philippenses, quæ
 cum Epistolis S. Ignatii circumfertur. Quocirca sibi quoq; num
 dictum id putet d. Caiorius. (ob temerariam suam Epistola
 Polycarpi damnationem et rejectionem) quod Irenæus citato
 loco, Valentino et Marcioni, similibusq; perversæ sententiae ho:
 minibus aliis objectat: Vir hic, inquiens, Polycarpus (ejusq;, ad:
 do, Epistola) multo majoris autoritatis testis, et fidelior vox est
 testis, quam Valentinus et Marcion, et reliqui, qui sunt per:
 versæ sententiae. Quod vero precatiunculam Polycarpo adsoit
 ptam concernit, quam et Petavius pro Trinitatis sua confirma:
 tione allegat, ea sane Petavio plus obest, quam prodest. Manife:
 stè enim in ea Patrem tantum Jesu Christi Deum vultum, et
 omnium conditoris appellat, cumque per Filium, quem sacerdo:
 tem tantum nominat, invocat. Qui loquendi modus, quid, que:
 so, aliud indicat, aut indicare potest, quam quod Polycarpus, quem
 admodum in sua quoq; Epistola, solum Patrem pro summo Deo
 habuerit, et agnoverit? Hinc ideo factum quoq; est, quod d. Ca:
 iorius Trinitatem ex hac Polycarpi precatiuncula confirmare no:
 lucerit, sed infirmitatem rei subodoratus, Polycarpum rejecerit.

Et

26.

TRACTATI FRANCICORVM EXEMPLVM

Solus Pater
Summus de-
us secun-
dum pri-
morum se-
culorum
Christianos.

Et Petavius, quo magis sententiam suam evincere conatur, eo infirmitatem, et nuditatem suam clarius prodit. Ait enim: In hac Polycarpi precatio (quam longe aliter atque Sculptetus in Medulla theolog. pp. lib. xi. c. i.) profert, hunc scilicet in modum: Propterea et in omnibus te (Deum) laudo, te benedico, te glorifico per sempiternum Pontificem regum Christum, dilectum Filium tuum: per quem tibi cum ipso, in spiritu S. gloria nunc, et in futura secula seculorum, Amen. I) absoluta continetur Trinitatis confessio. (At quanam, et qualis, mihi Petavi? Nam si tria nomina Trinitatem dicas, nemo Christianorum est, qui eam non confiteatur? Explicat ergo sepe Petavius, et ait: Siquidem et Filius Dei propria et exquisita ratione, intelligentius est: Hoc vero illud est, Petavi, quod a te nunc probari, et non tantum dici debisset. Nam nec vocabulum *huius*, quod hic Polycarpus, secundum propriam tuam ex Eusebio citationem, Filium Dei indicat, unquam proprie Filium, sed puerum potius, emblemum seu servum, significat; nec Christo tributus Pontificis titulus, qui hominem desiderat, sententiam tuam admittit, aut docet; quemadmodum ac Polycarpianas fidei analogia, cœu, qua semper Christus a Deo, eoque omnipotente, Creatore, solaque vero, distinguitur. Sed pergit tamen Petavius, hocque adhuc, infirmitatis iterum potius, quam probationis, momentum, addit:) et trium in eandem formam ac communionem glorie complexio, naturæ, ac Divinitatis unitatem, et aequalitatem personarum significat: ut in secundo de Trinitate libro, et in septimo folio declaravimus. Imo vero, Phrasologia, in spiritu S. nullam adhuc complexionem in unam glorie communione, denotat, Petavi? Nam et Eph. 6. 18. in spiritu orare doceatur, sine ulla aequalitatis spiritus cum Patre, nota: et præterea antiquiores, prout tu ipse in lib. I. de Trinit. c. 14. eis monstras, Filium quidem cum Patre et spiritu S. laudarunt simul, nec tam (quod hic nunc fusè monstratur, et mox quoque in Justino Martyre, et aliis monstrabitur,) vel Filium, vel spiritum S. Patrem et qualiter statuebant aut credebat: imo spiritum S. ne Deum quidem dicere audiebant. Scilicet, et Angeli quidem et homines Christianum hominem adorare, et secundum Divinam predictionem, Jer. 30. 9. Ezech. 34. 23. 24. juxtam cum deo colere et glorificare.

care, etum.
naturatur,
sus su-
ret. P.

minor
mūe fo-
dignit
Ut cu-
ctiūs s-
bimus.
tō cer-
in Ecc-
tu Epis-
tinus

Quos
et ad
de Ch-
et con-
ubi ab
condit
versus
quos in
philum
id pat
ceper
utrum
placem
igneum
tem i-

care, tenentur, sed tamen, ut servum ex legatum Dei, Dominum, scilicet Pater etum. Conf. Phil. 2.9.10.11. Act. 2.36. Nulla ergo vel hic, vel alibi, natura, aut divinitatis unitas, nulla personarum aequalitas certatur, aut a Petario ostenditur; ostendique potest: sed frustea propositus sunt, qui id vel moliti sunt, vel adhuc moliuntur; prout apparet. Perge itaque ad Iustinum Martorem.

V. De hoc vero Iustino, et sequentibus omnibus aliis, nunc Quintus minor est difficultas, postquam Petavius ipse met de illis omnibus inge scriptorum nre fatetur, et prolixè monstrat, ipsos omnes et singulos Patrem, eum, Christorum, dignitate, ac potentia superiorum ex Verbo statuisse, ac credidisse. Ut tamen, quae singularium fuerit sententia, Orbi Christiano res sequentib, ctiis nunc patere posse, ordine eos, prout precedentes quatuor, lysta: Galma: binus. Vbi hoc prius adhuc annotaverimus; ex Iustini libris multo certius constare, duarum in Christo naturarum sententiam, in Ecclesia tum temporis primum fuisse receptam; quam ex Ignati Epistolis, quos Petavius volebat. Nam primus omnium Iustini, versus illos Orpheos:

Vocem juro Patris, primum quam prodidit ore,
Consilio ipse suo mundum cum conderet omnem:

Quos scilicet superius quoque allegavimus et excussumus, citavit, et ad eos, ceterum divinum aliquid fundamentum, sententiam suam de Christo, cum omnibus ferre. Successoribus suis, accommodavit, et conformavit. Et facetur id Petavius l.1. de Trinit. c.5. §13. ubi ansam constituenta Verbi generationis paulo ante mundum conditum, probuisse ait hoc a Iustino citatos et expositos Orphie versus; expositionemque hanc Iustini, imitatos esse eorum aliquos, quos in medium adduxerit, Athenagoram scilicet Tatianum, Theophilum, Tertullianum, Lactantium, et ceteros asserit. Deinde, et ex eo id patere potest, quod inde a tempore Iustini, et cum ipso simul, ceperit primum variè agitari gnostio, de modo generationis Verbi, utrum nimis per abscissionem aessentia Patris, an vero per simplicem essentiae communicationem, (qualem esse dicebant, inter ignem, ignem alium, sine sua factura, et vim in ulla producere ignem,) faciasse?

Solus Pa-
ter sumus
Deus, se-
cundum
primum
seculorum
Christians.

28. *FRENGIC & FRENCORVM EXEMPLVM*
tum in Tatiano, aliisqz, questione eius non parum reperitur. Tertio,
antiquissimus Scriptor apud Eusebium lib. 5. hist. Eccl. c. 28. id quoqz
docet, Cum Artemonitarum sententiam refutaturus, simulqz sen-
tentiam eam non inde ab Apostolis in Ecclesia duraffe, quemadmo-
dum illi quidem volebant, et docebant, ostensurus, nullum prorsus
Iustino antiquiorum in Ecclesia Doctorem citat, citareqz potest,
qui Christum Deum ex hominem dixisset; sed sententia trius pro-
fessionem a Iustino tantum inchoat. Non mirum itaqz est, hos,
quos nunc videbimus, Ecclesia Doctores, Trinitatem aliquam,
prout ostendetur, nunc construere coepisse, et praedecessori su-
orum simplicitate degenerasse. Quid tamen ne sic quidem, summam
illam Dei Patris Majestatem, et pra Filio prarogativam profite-
ri destitere, sed illibatau adhuc ei reliquero. Quod adeo cer-
tum est, ut ipsimet quoqz Pontifici (Bellarminus puta, Petavius,
et alii) vel ob hanc tantum causam, Expositionem fidei Iustino
Martyri aliquin tributan, Iustini esse credi nolint, Quod in li-
bro hoc multo apertius et distinctius differatur de Mysteriis Tri-
nitatis, quam Scriptores eius seculi facere soleant. Quae ultima
verba Bellarmino sunt, ex libro de Script. Eccl. ubi de Iustino ac-
git. Petavius autem lib. de Trin. c. 3. § 3. eadem confirmaturus,
ita subiungit: Quod projecto verum est. Nam et de essentia, si-
re & has unitate, et de hypostaseon Trinitate, et de Filii gene-
ratione, processione vero S. Spiritus ea diserte ac subtiliter
disputat, neque ab antiquis ceteris ante Licenium (Gnaciliz-
um, usurpata eis constat: neque nisi patet factio, illustratoz post
Arianam procellam, dogmate isto, scribi potuerunt. ex c. Additio
mox sequentia: Quare nemo doctus, et praeceps liberum istum,
qui aliquin elegans est et eruditus, Iustino tribuendum existi-
met. Imo nonnullis interjectis, idem Petavius, ob eandem quoqz
rationem, et Dionysio Areopagite tributum liberum, tangit spuzi-
um et suppositum, rejiciendum esse docet: Ceterum, inquietus, quo
ex Veterum silencio, et nimis enucleata dogmatis explicatiore,
praejudicium de falsa Iustini inscriptione, operi illi praefixa,

facit

facit Bellarminus; non animadvertisit itidem ex de Areopagita dico: Solus Pater natus posse fieri; cuius nec antiquorum mentionem facit quippe pri- sumus quinque; eoque amplius secubis: et de Trinitatis Incarnationis primorum onisque Mysteriis multo quam est refutatio illa Justini Vigentius, seculorum Chrystianos. expressius logitur. Sed ad Justinum redeo, cuius, quem= admodum et successorum ejus sententiam, ut cōminus de ea eu- bitari possit, vel ipsi Petavius Veronis, proferens, ea tantum adden- tes nonnunquam, quae ille profermisit, ad te tū o mī, qm̄ alia faciūt.

V. De Justino igitur, qui circa annum Christi 150. n. Quintus xit, ita habet Petavius: lib. 1. de. Trin. c. 3. § 2. Justinus, inquit, Mar- tyr, unus ex antiquissimis, qui quidem extra controvēsiā sūnt, ex ipso Philosopho, minorem Patrem Filium posuit, non solum, qua- tenus hominem se fecit, sed etiam divinitatem, ex antequam huma- na se carne vestiret. Procesus enim, quod ex Iudeis & Platone Arianos exprefſe Gregorius Nyssenus queritur, Deum Patrem constituit ~~Iudeus~~ ~~Prophetar. T. 15. p. 11. Non p. 15. Ob. 15. 15. 15.~~ Oēs, supremum conditorem ac dei inferioris opificem, & subjecti. In dialogo cum Tryphonе, Dei Filium et Verbum assertit, ante fu- sceptam hominis naturam. Sepe Patriarchis apparuisse. Nam quo- tie in Scriptura legitur, Angelum Dei cum Abraham, Moysi ac reliquo ecclō locutum, ait ipsum intelligi Filium Dei à Patre missum, et eis ministrum, Quod iste, qui à Patriarchis est conspectus, Deus et Angelus ex domino appellatur; ut vel ex his intelligatis, ipsum universorum Parenti ministram. Et paulo post. Ange- lum, qui Iudei dixit; Ego sum Deus Abram, et Deus Israhel, et Deus Jacob, negat fuisse Conditorem omnium Patrum, sed Filium Patris administrum, sed quem vobis demonstravimus Abram- um eē, et Jacob, qui Conditoris universorum voluntati ministra- vit. Hujus rei causam reddit ejusmodi, quæ sententiam illi- us evidenter facit. Nam idcirco Filium, ac Verbum, Patribus sui videndi fecisse copiam ait, quod universorum Pater, et Conditor neq; superiora celo spatha relinquere possit; nec in exqua terra parte confici. Ac post multa subinde producta testimoniā

30. FRANCIS FARE CORVM EXEMPLVM
Solum Pa-
ter summa-
Deus, secun-
dum primo:
rum secun-
dum locum tri-
stianos.
nia Scriptura, in quibus Veteribus apparuisse, collocutus est
dicitur; per illa ipsa demonstratum ait ee, Filium Dei significa-
ti, qui sit Patris ac Domino subjectus, ejusque voluntati servient. Non
cum in iuxta Sacris libris legitur, ascendiisse Dominus ab Abrac-
ham, vel locutus Moysi: vel descendisse ut videat turrim, vel
clausisse Deus arcam Noe deforis: Quare putatis, inquit, vel
iustum ingenitum Deum descendisse alicunde, vel ascendiisse. Ete-
dim ineffabilis Pater, ac Dominus omnium, neque protectus est ali-
quo, neque ambulat, neque dormit, neque surgit, sed in suo ubiq-
ue, cunctis, vellem manet voco, acutem intuens, et audiens, non oculis, nec
auxibus, sed vi quadam inexplicabili, et omnia prospicit, et cognoscit
omnia, nec eum latere potest quisquam nostrum; nec nobet,
cum loco nullo, ac ne mundo quidem ipso contineri possit; quippe
qui, antequam mundus esse, extiterit. Quomodo igitur vel alicui
ille loquexetur, vel conspiceretur ab aliquo, vel in exqua terra
particula cerneretur, cum ne eius quidem, qui ab illo missus es-
set, gloriam intruci populus in vicina potuerit; nec vel ipse Mo-
ses in Tabernaculum, quod fecerat, ingressi, nisi communicata
illum a deo gloria complevisset? Ac paucis interjectis ita con-
cludit: Igittur nec Abraham, nec Isaac, nec Jacob, nec alij moe-
talium quisquam, vidit Patrem, et ineffabilem Dominum omnium
simpliciter, adeoque ipsummet Christi; sed illum, qui de ipius
voluntate Deus est, Iesus filius et Angelus, ex eo, quod illius vo-
luntas minister sit, quem et hominem pasci per Virginem
voluit; qui et ignis aliquando in illo de rubro cum Mose collo-
quio factus est. Addit præterea, nisi eō modo Scripturas ex-
plícemus, consequens fore, cum in iis legitimis, pluisse Dominum a
Domino de cœlo ignem et sulphur, et id genito alia. Patrem
ipsum universorum ac Dominum, aliquando in calo non fuisse.
Quæ omnia demonstrant, Iustinum inferioris cuiusdam condic-
tionis esse putasse. Filium, etiam antequam homo fieret; ac mi-
norem esse Deum, qui nec ubique esset, et spatio circumscirbe-
retur aliquo, et paterna voluntati serviret. Hucusque Petavius.

Sed magis adhuc operæ pretium facturus fuisset Petavius,
si locum illum, ubi Iustinus Christum, quem angelum fuisse di-
cit, Moses apparentem, Universitatis conditorem fuisse, disseret,
et

et rotundē negat, integrum adscripsisset. Nam vel unus hicce locis
 (quoniam aliis, huic prorsus similis, reperiatur in Apol. II.
 mihi p. 96.) quid antiquiores de Christo, etiam si ante mundū con-
 ditum, prout dicebant, genito, senserint, satis superoz declarare
 posset. Ita igitur in eo loco Iustinus Tryphoni respondens, ait, mihi
 hi pag. 283. Xon (mox) inquit, Conditor Universitatis hujus De-
stiānos.
us erit, qui Mōsa dixit, se Deum esse. Abrae, et Deum Isaaci, et
 Deum Iacobi, quique Factoris rerum omnium voluntati administret
 et in iudicio hominorum, consilio et voluntati ejus itidem administra-
 verit: adeo, ut nemo, cui vel minimum mentis sit, Auctore et
 Pareneam Universi Super celestia omnia relinquisse, et in pugilla
 terrae parte sege exhibuisse, dicere sit auctorius. Scilicet, adeo
 vetustiores illi detrectabant, Christum summum dicere. Deum, ut eum
 etiam, qui id sensurus fuisset, sine sensu et mente esse, crederent.
 Plane ad eum modum, quo Ignatium jam suo tempore eos, qui Christum,
 Deum super omnia dicebant, ministros Satanae appellasse,
 supra visimus. Describamus vero et alium adhuc locum, priorem
 illum proxime sequentem, in quo Iustinus, postquam Christum Ver-
 bum, Administrum et Deo supermundano, supra quem aliis non
 sit Deus, dixisset, Christi generationem, qualiter scilicet eam tunc
 conceperant Christiani, ita describit: Primitus, inquit, ante omnes
 creatureas Deus genuit ex se virtutem quandam rationalem, qua quidem
 et gloria Domini a spiritu sancto vocatur, nonnunquam autem filius, aliquo sapientia, quandoque Angelus, interdum Deus, aliquo
 Dominus et Verbum: fuit, quando Archiducem seipsum dixit, in ho-
 minis forma, Iosua Xav. filio apparenz. His enim nominibus
 omnis appellari habet, cum ex paterni consili et voluntatis ad-
 ministracione, tum ex voluntaria Pavli generatione. Qualem
 generationem in nobis quoq; quodam videmus fieri modo. Verbum
 enim aliquod proferentes verbum significamus; non per resectionem,
 ita ut, quod in nobis proferentibus est, immittatur verbum. Et
 quomodo in igne videmus fieri, non decrecente illo, unde facca-
 test alterius accensio, sed in eodem statu permanente: quippe qui
 ex ipso incenditur, ex ipse apparet, non immittens illum, unde est
 succensus. Et p. 388. Similiter ita scribit: Virtutem istam, quam
 sermo Propheticus Deum vocat, numero quoq; aliud quiddam est,

Solus Pater
 summus
 Deus secundus
 unus secundus
 et unum secundus
 locum Brevis.

NB.

NB.

rati:

Solus Pa-
ter summa-
deus, se-
cundum
primorum
seculorum
Chr̄onos

32. FRENCH FRENCHORVM EXEMPLVM
ratione exquisita supra paucis explicui: Virtutem hanc dicens de-
Patre genitor, virtute ei consilio voluntateque ipsius: non per recisi-
onem, veluti ab essentia Patris dispartitam, prout alia omnia divisas, et
secta non eadem sunt, quae ante fuerunt, quam scinderentur. Atque
v.g. ea sumpsi, quae ab igne accusa, ignem alium cernimus, ille niz-
hil diminuta, sed in eodem statu maleante, unde multi accendi pos-
sunt ignes. Et tunc quoque ad hoc ostendendum, qua ante rectuli
verba, repetam. Quando dicit: Pluit Dominus ignem à Domino de-
cōlo; duos Propheticum verbum numero esse indicat: alterum in
terrī, quem descendisse. Significat ad clamorem Sodomorum in-
spiciensnum: alterum in cælis, qui etiam Dominus in Terra appa-
rentis Domini, tanq; Pater et Deus, atque idem Auctor eidem est,
ut sit, atque equidem præpotens ex Dominus ex Deus ut sit. Et post
pauca, (producto Sapientie loco: Dominus creavit me principium vi-
arum suarum ad opera ejus. Ante seculum fundavit me, in princi-
pio, antequam terram faceret, etc.) Intelligitis, inquit idem Iustinus,
quidem animum advertitis. Verbum declarare, tum à Patre edi-
tum ē germe hoc ante Creaturas omnino universas, tum germe
ipsum numero aliud ē a generante. Id unusquisque confitebitur.
Quibus ex locis tum illud apparet, quod paulo ante diximus, tun-
satis nunc quoq; cognoscitur, quomo de Iustinus subinde ad Op-
pheos illos verbis, de Verbo, paulo ante mundum conditum ge-
nito, agentes, supraq; allegatos, respicerit, Christumq; adeo Patri
minime coeternum, neque (quod Petavius in Theophilo, tanqua
consequens doctrinæ Theophilii et Iustini, addit,) opus sibi sti-
tuerit. Sed ut fidei tandem omnem exsolvamus, uno autem loca
producemus ex Iustini Apologia secunda, c' quibus pateat, quod
in Polycarpo dixi, Iustum scilicet cum Christianis aliis, cum
Patre quidem Filium, et Spiritum S. glorificasse, non tamox
quemadmodum Petavius volebat, exinde constare, eos Filium
aut Spiritum Sanctum Patris aequales esse statuisse. Prior lo-
cus mihi p. 56. ita habet: Patrem, et qui ab eo venit, atque ista
nos docuit, Filium, et Spiritum Propheticum, colimus et adoramus;
cum ratione et veritate venerantes, atque unicuique discere,
atque nosse volenti, pro eo atque edocti sumus, candide hactea-
dentes. Alter vero locus, mihi p. 60. priorum quasi explicans,

ita

ita hab-
esse es-
dine, n-
nim in-
sempte-
ferre.

Tantum
prolix
quando
cato v
in omn
credid

V
loquitu
psit en
L. Aure
ctissim
onem ei
ceretur
nomina
venerer
experte
rente.
ritu, a
tus est
Mox L
et efficie
unum
ne, et
nam po
ēc Patri
est aca
num si
misque

ita habet: Iesum Christum, quem ipsius veri et singulari dei Filium esse electi sumus, secundum loco, ac Spiritum Propheticum tertio ordine, nos cum ratione venerari et colere demonstrabimus. In hoc enim insaniam nobis objiciunt, secundas nos post incommutabilem ac semperternam Deum et Parentem omnium, homini crucifixos deferre, dicentes; Mysterium autem et arcanum hujus rei ignorantibus.

Tantum vero de Justino Martyre: in quo, cetero aliorum capite, paulo prolixiores nos esse oportuit, ut reliquorum sententia, quae aliquando obscurior est, eo manifestior evadat, et quid sic vel ille ipsi care voluerit, mox patet: immo etiamsi non singuli sege aequaliter in omnibus explicit, ex uno tamen omnes, quae senserint, quidre crediderint, cognoscatur.

VI. Athenagoras (prout Petavius lib. 1. de Trin. c. 3. § 4. Sextus loquitur,) **Philosophus Atheniensis, aequaliter etem Justini filius. Scriptor Christianus enim Apologiam pro Christianis ad M. Aurelium Antoninum, et L. Aurelium Commodum Imperatores. In qua Christianorum de sanctissima Trinitate, hoc est Pater, Filius et Spiritu Sancto, professione expoplit, ac, quod Filius esset, et quia ratio digni a Patre diceretur, obscurè significavit. Igitur quod Athei passim Christiani nominabantur, non esse tales, ostendit ex eo, quod unum ad eum venerentur; Ingenitum et aeternum, nec aspectabilem, patienti expertem, qui regne comprehendendi, neque capi loco possit, cum solamente ac ratione comprehendatur, qui luce ac pulchritudine, et spiritu, ac potentia circumfusus sit inexplicabilis. A quo universitas est facta per verbum ipsum, eadem digesta est, et continetur. Mox Deum hunc habere filium assertit, qui sit Verbum ipsum in idea et efficientia. Nam ab ipso et per ipsum omnia facta sunt; cum sit unus Pater et Filius; ac Filius in Patre, et Pater in Filio sit, unio: ne et potentia spiritus. Mens et Verbum dei, Filius est dei. Quam porro ratione Filius apelletur, his verbis explicat: Primigenia est Patris progenies, non quasi factum sit, (a principio quippe Deus qui est aeterna mens, habebat in se ipso logos, id est, rationem, cum alterum sit rationalis,) sed ita, ut cum materia concreta omnia infor: misque natura, atque Terra instar vehiculi subjiciantur, in iugis.**

Solus Pa-
ter sumus,
deus se-
cundum
primorum
secundorum
Christia-
nos.

34. F R E X I C S F R E N D C O R V M E X E M P L U M

crassiora levioribus admista sint; ad hoc, ut idea ex actus illorum esset, predicerit. Hæc Athenagoras. Quæ sane haud satis disertè Filii naturam ex productionem explicant. Ac videtur putasse rationem ipsa hoc est, ἀλλα, quo Pater ipse θεός est, quam velut formam in illis essentia cogitamus, Filium eē dei. Quemadmodum nonnulli Sapientiam ipsam, quā Sapiens est Deus aut Pater, eundem eē Filium arbitrati sunt, quod Augustinus refellit in sexto de Trinitate, ut postea docetimus. Hunc igitur insitum Patris, ex apud eum ex aeternamentem ἀλλα produisse dicit aliquando, ut idea ex actus esset inseparabile rerum; hoc est, ut illas confusas et tumultuarias perpolaret, ac digeraret. Quem quidem progressum ex τοῷ ἀλλα, si Filii eē Verbi productionem esse crederit; sic ut illa ipsa processione distincta primum Euodias extiterit, cum antea in Patris esse ha contineretur, (quæ videtur illius opinio fuisse,) neque coeterum Patri Verbum, ac Adorat existimat, et a' Sabelliano dogmate non multum illius abhorrebit oratio. Huc usque Petavius. A quo ex ea addi voluisse, quæ Athenagoras, ultimorum suorum, hic à Petavio citatorum, pauloque obscuriorum verborum rationem redditurus, explicatioremque quasi additurus, protinus sub jungit. Nam cum innisset Athenagoras, Filium eō ex Patre produisse tandem, (postquam scilicet Pater ab aeterno solo fruget,) ut informeretur, et quæ confusa adhuc esset, digerere quasi, ex perficeret, protinus hæc adiit: Orationi nostræ Propheticus etiam Spiritus apostoli. Dominus enim inquit, creavit me initium processionis ejus ad opera sua. Hæc scilicet, muleò clarissimū nunc docent, quid senserit Athenagoras, et quod eodem modo locum Prov. 8. de Filio ad opera Patris creato, intellexerit, quo eum vel Justinus intelligebat, vel frequenter etiam Christiani intellexere. Sed jam, quod ex Theophilus proferat Petavius, audierat.

VII. Vixit (inquit Petavius) iisdem scilicet temporibus (scilicet tempore Tatiani, anno Christi 170.) Theophilus Antiochenus Episcopus, qui Christianæ legis obrectatores libris tribus confutavit, quos Autolycus inscripsit. Horum in secundo de Verbi generatione sic disputat, minime ut aeternam eam faciat, sed temporariam. Et enim Deum assertit ἀλλα, quem intimum in visceribus suis haberet, geruisse cum Sapientia sua, eructantem aenea omnia. Quod quidem Novum operum suorum administrum attribuit, ac per ipsum univer-

sa molitus
minatum
sit Spiritu
batur in
sum in
ergo Filii
et Sapien-
tia pro-
tibus plan-
bulage;
co nullo
Patrem u-
di. Sed
iphius, et
ens, in P
est. Qu
cem aue-
Filius. S
set Filiu-
siliaxium
rem effic-
mit pro-
cunus ipse
versare
flati, qui
In prin-
cipio
erae Ver-
nihil. Ve-
cunque
veniens
igitur p
λογος ei
neque θ
ρον, et

Septimus
Scriptorum
Christianorum
Patre Filio
majoren et
antiquiore
cum spiden-
tib. facit.

sa molitus est. Hoc appellatur principium, quoniam principatum ac do-
 minatum habet in omnia, quae per ipsum facta sunt. Hoc igitur cum
 sit spiritus dei, et principium, et sapientia, et virtus Altissimi, labe-
 batur in Prophetas, etc. Aoyor evdicator, hoc est, intimum et inclu-
 sum in Dei visceribus fuisse dicit, antequam gigneretur. Nonum
 ergo Filius dicebatur, sed idem erat ac Pater, ne mpe ipsa mens ejus,
 et Sapientia. Quam tum demum protulit, et quodammodo profudit,
 cum procreando rerum universitatis consilium cepit. Quod in sequen-
 tibus planius exponit. Nam cum scripsisset, Deum in Paradiso inam-
 bulasse; quosvit quamcum ratione Deus ambulare dicatur, qui lo-
 co nullo coerceri potest. Cui sic respondet: Deum quidem ipsum ac
 Patrem universorum comprehendendi loco non posse, nec in eo deprehendi.
 Sed Verbum ipius per quo omnia molitus est, quo est virtus
 ipius, et Sapientia, Personam in se Patris, et omnium Domini suscipi-
 ens, in Paradiſum venit, sub persona Dei, et cum Adamo collectum
 est. Quod enim eodem capite Secundo Genesios legitur, Adamum ro-
 cem audiisse inambulantis dei, id esse Aoyor ipsum, qui sit dei
 Filius. Tum quomodo Aoyor idem a Patre productus sit, ut ejus es-
 set Filius, enarrare pergit. Antequam ulla res, inquit, existeret, Con-
 siliarium habebat istum, qui et mens ipsius, et sapientia. Cum au-
 tem efficere voluit Deus, quaecunque deliberauerat, hunc Aoyor ge-
 nuit prolatitum, primogenitum omnis Creaturae: non ut Verbo va-
 cuus ipso fieret, sed ut Verbum gigneret, et cum Verbo suo perpetuo
 versaretur. Haec nos docent Prophetae Viterae, et omnes S. Spiritu af-
 flati, quorum de numero est Joannes, ac hunc modum differens:
 In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum. Significans in
 principio solum fuisse Deum, et in ipso Verbum. Postea dicit: et Deus
 erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est
 nihil. Verbum itaq; cum sit Deus, et ortum habeat ex Deo, quando-
 cunque vult Pater universorum, mittit ipsum quemlibet ad locum, eoz
 veniens auditur, ac videtur ab illo missum, et in loco reperitur, etc.
 Igitur praeter evdicator Aoyor, quae est ipsa mens Patris et sapientia;
 Aoyor est alter, et unus a Patre genitus; quem neque coeternum,
 neque omnipotens, sed minorem putavit Theophilus, velut Etosg-
 yor, et ministerum, qui id haberet, ut sensibus, quando ita Pater volueret
 exit

36.

IRENCI & GREGORII EXEMPLVM

Solus Pa-
ter summa-
deus, se-
cundum
primorum
seculorum
Christianos.

erit, subiectat sese, ac loco continetur: Quod quidem summus ille Deus ac Pater non potest. Hinc illa Ioannis. In principio erat Verbum, sic in-
terpretatur, ut hæc, ex Verbum erat apud Deum, de ēvdiā & tō lōyō:
hæc autem, et Deus erat Verbum, de το γοφογικόν et genito, quo admini-
stro usus est Pater. Quæ ut absurdæ, ita Iustini, Athenagoræ, ac Tatiani
doctrine, consentanea sunt, et ex Platonico dogmate depon-
pta. Eodem pertinet, quod Triāda, Trinitatem, longè aliter explicat,
quam Christiana fuit professio. Siquidem tres illas dies, qui in mun-
di ortu Solis ac Luna procreationem antecesserunt, figuram ait
extitisse T' Triādō, nempe Τριάδα τοῦ Θεοῦ τῆς Λόγου τῆς Βοηθίας αὐτῆς.
Dei et Verbi ipius, et ipsius Sapientia. Iti mentio nulla Spiritus,
quem cum λόγῳ confidisse videtur. Eundem quippe λόγον, et πνεύμα
τοῦ Θεοῦ et verò δοχιὰ appellasse, superius ostendimus. Hæc Petavius.
Cujus primæ ex Theophilo citationi, et ad verba: labebatur in
Prophetas; adjecta velim sequentia ejusdem Theophilii: per quos, cœn-
organa, de mundi creatione, nec non de reliquis locutus est. Non enim
erant Prophetæ, cum mundus crearetur: sed Sapientia Dei, quæ in
ipso est, sermone eius Sanctus, semper præstò erat. Quapropter per
Salomonem Prophetam sic fatus: Cum ipse prepararet calos, aderam:
et cum firmaret terra fundamenta, aderam: simul cum eo disponens
et ordinans. Nam ita rectius consensus inter Iustum, Athenago-
ramque, et hunc nostrum Theophilum, in hoc dogmate, Scriptura=
rumque explicatione, cernitur.

Octavius
Scriptorū
Christianarum jux-
tim cum
preceden-
tibus, Pa-
terem Filio
majorem,
et antī-
quiorēm
facit.

VIII. Tatianus circa annum Christi 170 vixit, et Ju-
stini Martyris Discipulus fuit. Hujus (ut iterum Petavius loco cita-
to § 5. loquitur,) Contra Græcos extat Liber: in quo de Patre ac Filio,
et hujus productione in hunc modum disputat. Deus, inquit, erat
in principio, principium autem rationis esse potentiam accepimus.
Etenim Dominus omnium, cum ipso totius esset universi Substan-
tia, quatenus nulla adhuc erat facta creatura, solus extabat;
quatenus vero tota vis et potentia, ac tam eorum, quæ videri pos-
sunt, quam quæ videri nequeunt, substantia erat ipse, cum eo e-
rare omnia. Nam cum ipso per rationalem vim λόγος ipse, qui
in illo erat, produxit. Voluntate, porro Simplicitatis ipius λόγος
eru-

excepit: qui quidem non in vacuum emanans, primigenium opus Pat- Solus Pa-
 triis fuit. Igitur Tatianus videtur existimasse, Verbum à Patre, ter sum-
 productum ex aeterno, non actu, et in seipso, sed tantummodo aoyi- mus Deus,
 tij dōrāpēi ac potestate, fuisse: quemadmodum in eadem erant et secundūm
 creata deinceps omnia. Porro, quatenus in illa dōrāpēi contine- primorum
 bantur tam Verbum, quam quae à Verbo deinde procedata sunt, Cœlānos.
 cum summo ac principe. Deo simul excepisse. Non igitur servādior,
 coeterum Patri putavit Filium, ac Verbum, sed creatum, ac vo-
 luntate, sic tangnam ab Opifice productum. Onde ἐγραφεται
 latus. Huc usq; Petavius. Cuius ex Tatiano citationi utilitec
 adiungi possent sequentia ejusdem Tatiani verba: Hoc scimus
esse principium mundi: Num est autem per divisionem, non
avulsionem. Quod enim avertitur, a primo separatur: quod vero
dividitur, id functione donatum propria, nihil immunit illum, a
quo vim suam sumpsie. Quemadmodum enim ab una face aliae
multæ accenduntur, nec tamen prima facie lux minuitur, propter
plures inde successas: sic etiam Verbum ē' Patris potentia pro-
gressum, non reliquit Genitorum Verbi expertem. Nam et ego si
loquar, et vos audiatis, non tamen propter transitum sermo-
nis, ego qui vobiscum loquor, sermone vacuis sio: sed vocem me-
am proferens incolam in vobis materiam excolare mihi propono. Est
quemadmodum Verbum in principio genitum mundum et nos vicissim
genuit, cum sibi metu materiam produxisset: sic ego quoque ad imi-
tationem Verbi regenitus, et veritatis illustratus cognitione, maa
mihi cognatae confusione emendo. Haud etenim principium immu-
nus est materia, et cum aliquando incepit, parēm Deo potentia
habere neguit: siquidem genita est, et non ab alio facta, sed ab uno
omnium architecto producta. Nam ex additis his Tatiani Verbis,
tum communis ejus cum Justino de Verbi generatioē sententia co-
gnosci potest, tum illuc quoq; quod, dum antiquiores quipiam ab
aletro genitum ēē dixerē, (quemadmodum hic quidem Tatianus
materiam genitam ēē ait,) illud ipsum proponere, simul princi-
 priu[m] habere, et incepisse aliquando, neque partem Deo potentiam
 habere posse, (quod hic Tatianus de maa eo qd genita sit, phundat) crediderint.

I.X. Fre:

38. F R E X S C I F R E X C O R V M E X E M P L U M

Nonus
Scriptorū
Christia-
norū,
conveni-
enter pre-
cedentib;
Patrem Fi-
lio majo-
rem facit.

IX. Irenaeus, qui circa annum Christi 180. vixit, non
obscure cum Justino et Theophilo facit, ut qui eodem sermonis gene-
re utatur, Patrem invisibilem, et incomprehensibilem, Filium autem
visibilem et comprehensibilem faciens. lib. 3. c. 11. et lib. 4. c. 37. Nam
in priori loco ita loquitur Irenaeus: Accipiens autem Dominus, qui
a terra essent panes, et gratias agens, et iterum aquam faciens vi-
num, saturavit eos, qui recumbebant, et potaverunt eos, qui invitati
erant ad nuptias: ostendens quoniam Deus, qui fecit terram, et
jussit eam fructus facere, et constituit aquas, et edidit fontes,
hic ex benedictionem esca, et gratiam potius in novissimis tempore-
ribus per Filium suum donat humano generi, incomprehensi-
bis per comprehendibilem, et invisibilis per visibilem, cum ex-
tra eum non sit, sed in sinu Patris existat. Deum enim inquit
nemo videt unquam nisi unigenitus Filius Dei, qui est in sinu Pa-
tris, ipse enarravit. Pater enim invisibilem existentem, ille qui
in sinu eius est Filius, omnibus enarrat. Et mox: Hæc, inquit, si
principia Evangelii, unum Deum fabricatorem hujus universitatis
eum, qui per Prophetam sit annunciatus, et qui per Moysen legis
dispositiones fecerit, Pater Domini nostri Jesu Christi annun-
tia, et propter hunc, alterum Deum ne scientia, neque alterum
Patrem. In quibus verbis Irenaeus Filium non tantum visibilem
et comprehensibilem facit, sed et ab uno illo Deo, qui invisibilis, et
incomprehensibilis sit, excludit. Posterior Irenæi locus ita ha-
bet: Manifestum est, quoniam Pater quidem invisibilis, de quo
Dominus dixit: Deum nemo vidit unquam. Verbum autem
eius, quemadmodum solebat ipso, et ad utilitatem videntium, cla-
ritatem monstrabat Patris, et dispositiones exponebat. Quemad-
modum et Dominus dixit, Unigenitus Deus, qui est in sinu Pa-
tris, ipse enarravit. Hic enim Irenaeus, cum Justino, et aliis,
quos vidimus, Christianis, non vult, neque concedit, Patrem uni-
versorum hominibus unquam apparetisse, sed Filium tantum.
Quem etiam, tanquam a Patre potestatum ad aliquid facientem
accipientem, Patrem in summis operibus velut Ministrum, intro-
ducit. Nam lib. 3. c. 6. In eversione, inquit, Sodomitarum Scru-
ptura ait: Et pluit Dominus super Sodomam et Gomorram.

igreja

ignem ex sulphure à Domino de cælo. Filium enim hic significat, qui ex Abraham collocutus sit, et à Patre accepisse potestatem ad iudicandum Sodomitas, propter iniquitatam eorum. Et lib. 4. c. 17. Propter hoc, inquit, Iudei excesserunt à Deo, Verbum Dei non recipientes, sed putantes per seipsum Patrem sine Verbo, id est sine Filio, posse cognoscere Deum, nescientes eum, qui in figura locutus est humana ad Abraham et Aaron, et ad Moysen, dicentem: Viz dêns vidi vexationem populi mei in Aegypto, et descendit liberare eos. Hic enim Filius, qui ex Verbum Dei, ab initio praestebat, non indigente Patre. Angelis, uti facere conditionem et formaret hominem, propter quem ex conditio fierat, negne rursum indigne ministerio ad fabricationem eorum negotiorum, quod secundum hominem erant, sed habente copiosum, et inenarrabile ministerium. Ministrat enim ei ad omnia sua progenies, et figuratio sua, id est, Filius ex spiritu Sanctus, Verbum et Sapientia, qui in multis servientibus serviriunt et subjecti sunt omnes Angeli.

Solus Pater summus Deus, secundum primorum seculorum Christianos.

Sed quoniam Petavius quoque, Trentanus cum aliis, ab hodierna catholicorum sententia aberrasse ostensurus, ultimum hunc locum ex ecclesiastitate, eique mox in ignem alium, in quo Filius Patri subjectus est docetur, adjungit, ejus etiam verba hic adscribamus ex lib. 1. de Trin. c. 3. § 7. Trentanus, inquit Petavius, lib. 4. c. 17. Deum Patrem negat opus habere Angelorum ministerio, ad ea que vult efficienda. Ministrat enim ei ad omnia sua progenies et figuratio sua, id est, Filius, ex spiritu Sanctus, Verbum et Sapientia, quibus serviantur, et subjecti sunt omnes Angeli. In his verbis eto sepiar et ministri functionem dei Filio tribuit. Quam et tertio in libro, c. 8. significat. Nam cum illa tricesima tertia Psalmi verba retulisset, Quoniam ipse praecepit et creata sunt, ipse dixit et facta sunt. Mox addit: cui ergo praecepit? Verbo scilicet; per quod, inquit, cœli firmati sunt. Tum spiritum Sanctum, Sapientiam nominare videtur, quemadmodum proxime citato loco Theophilus. Sed comiter ministri vox interpretanda est. Alioqui cum Origenes spiritum Sanctum ministrum esse dixisset, Hieronimus Apologeticus primo contra Ruffinum Hereticum id esse scribit. Haec Petavius. Sed oī inane metum, qui tantum hominum est! An non vero Christus toties in Scripturis Minister, et servus dei dicitur? An ergo et ha Scripturae quoq; propterea

Hærc-

40. FRENICI IRENICORVM EXEMPLVM

Solus Pater heretica sunt? Ita scilicet homines, cum suis inventis diffidunt, et
 ter sum- metuunt, cœlum quasi cum illis mox ruiturum metuant: et vel Deum
 mus Deo secundum etiam in Scripturis aliter locutum fuisse, vellent! Ceterum, qui tam
 primorum anxius est Petavius, de tam benignè explicando Frencos; cum tam
 seculorum eundem expressè inter errantes, Patremque ero, dignitate, ac po-
 Christi- tentia superioram è Verbo statuentes, habeat, et numeret? Nam
 amos. etiam quoque Petavius clarissimum illum Frenci locum ex lib. 2.
 c. 48. et 49. ubi is Christo simpliciter et absolute Scientiam ultimi diei,
 Scriptura præupte, abrogat, Patremque propterea Filio etiam ma-
 jorem facit, ambiguum esse putat, lib. 2. de Trin. c. 3. § 9. ut ne-
 sciatur, in scientiam illius diei Christo saltem quā homo est, ab
 Frencio tribui, an non? tandem tamen concedens, posse eum locum
 ad utramque Sententiam deflecti: non tamen is locus tam obscurus
 est ut non à quovis mox intelligi possit, qui modo prænominis non
 laboret. Nam c. 48. ubi de inenarrabili Filii proportione, agitur,
 ita loquitur Frencus: Quarequidem et Dominus, ipse Filius Dei,
 ipsum judicii diem ex horam concepsit scire solum Patrem, ma-
 nifestè dicens, de die autem illa, ex hora nemo scit, neque Filius
 nisi Pater solus. Si igitur Scientiam diei illius Filius non erubet
 it referre ad Patrem, sed dicit, quod verum est, neque nos erubemus
 scimus, qua sunt in questionibus majora secundum nos, refer-
 re Deo, nemo enim supra Magistrum est. Et cap. seq. 49. se-
 clarius adhuc explicat Frencus: Etenim, inquit, si quis exqui-
 rat causam, propter quam in omnibus Pater communicans Filio,
 solus scire ex horam ex diem Domino manifestatus est, neque apta-
 bilis magis, neque decentiorum, nec sine periculo alterum, quam
 hanc inveniat in presenti: quoniam cum solus verax Magister
 est Dominus, ut discamus per ipsum super omnia esse Patrem.
 Etenim Pater, ait, major me est, ex secundum agnitionem ita
 propositus esse. Pater annunciatus est à Domino nostro, ad hoc
 ut et nos, in quantum in figura hujus mundi sumus, perfectam
 Scientiam, ex tales questiones concedamus Deo, c. 30. Quid
 queso, in his verbis est difficultas? Hic enim Frencus I. ex-
 pressè verum ex ait, quod Dominus dixerit, solum Patrem, ex-
 cepto quod Filio, cui aliquain in omnibus communicet Pater, di-
 cit ex horam judicii scire. II. Propterea ita Dominum locutum
 est, ut nos per ipsum disceremus, super omnia ex Patrem,

N.B.

(adeg93)

(ad eoque ex super Filium) prout ipse metit Filius alibi, Patrem se quoque Solus Pa-
ter sum= majorē esse professus sit. III. Quandoquidem ergo ex Filio major sit Pater, hunc consequenter, secundum cognitionem quod Filio ee mns Deus, p̄xpositum afferit; atque ita W. annunciatum ee a Domino Pa- secundūm trem ait, ut ex nos perfectam Scientiam Deo concedamus. Nullus primorū ergo hic amplius tergiversationi locus. Unde recte tandem Petet Chranos. vius, prout dictum est, concessit, posse hunc locum ex ad Divina naturam deflecti. Quid? quod Petavius lib. 2. de Trin. c. 9. § 10. di- serte fateatur, tum Veteres hanc Majestatis indicem appellationem, Deus super omnia, ad Solum plerūque Patrem significandum, ex jusque personam ac proprietatem, accommodasse, dico, ut Ignatius etiam Epistola 4. et 5. hereticos illos derexit, qui Filium eo nomine appellarent; tum Ireneum quoque Patrem hac appellatione à Filio distinxisse. lib. 3. c. 8. Quō ipso sane, Irenei sententia magis magis patet. Et minime fallitur Petavius: etiam si super omnes esse, dicim, certo respectu, ex post Patrem, de Christo etiam dici videatur. Rom. 9. Quod enim ad Ignatii verba attinet, ea jam supra ex annotavimus, ex vidimus. Ireneus vero in citato quoque, à Petavio loco, ita hac appellatione Patrem à Filio distinguit, ut simul ei imperium in Filium clarissime tribuat, adeoque et hic mul- tò majorem Verbo Patrem faciat. Ait enim: Quoniam sive Angeli, sive Throni, sive Dominationes, ab eo, qui super omnes est Deus, et constituta sunt, ex facta per Verbum eius, Ioannes quidem sic si- gnificavit. Cum enim dixisset de Verbo Dei, quoniam erat in Patre, adiecit, omnia per eum facta sunt, ex sine eo factum est nihil. His verbis mox subicit Verba Dividis, paulo ante à Petavio quoque citata: Quoniam ipse praecepit, ex creati sunt, ipse dixit, ex facta sunt: ex quærerit, cui praecepit? respondetque; Verbo scilicet, per quo cœli firmati sunt; ita, ut Ireneus Verbum quidem ex Patre pre- cepto ex prescripto omnia creare innat, mox vero Deum ipsum liberè omnia fecisse, ex eodem Davide proberet dicens: Deus au- tem noster in cœlis sursum, et in terra omnia quæcumque voluit, fecit. Quasi diceret: Verbum quidem secundum mandatum Patris omnia fecisse, at Deum ipsum liberè, quicquid voluit. Quæ oppo- sitio

42. IRENICI IRENICORVM EXEMPLVM

Solus Pa-
ter sum-
mus deo-
secundum
principi-
seculorum
Christi:
anos.

sitio itidem Patrem Filio majorem dici innuit. Frustra igitur nunc pro-
pus est Petavius, qui in Praefat. in Tom. II. de Trin. c. 3. § 2. Patris,
et Filii omni ex parte absolutam aequalitatem doceri ab Ireneo
putat, ubi is lib. 4. c. 8. ita loquitur: Omnia enim mensura et ordine
Deus fecit, et nihil non mensum apud eum, quoniam nec incompo-
situm. Et bene qui dicit, ipsum immensum Patrem in Filio men-
suratum. Mensura enim Patris Filius, quoniam est capit eum.

Equis enim ex ipso Sextu non protinus videat, Ireneum nonde-
quavis mensura hic loqui, quia Filius Patrem mensuret; quemad-
modum Petavius quidam sive ullo fundamento colligit; sed vel de ea
mensura, de qua modo egerat, scilicet quod Filius ea legis impletat,
perficialiter et chipiat, quod hactenus apud Patrem mensa et determina-
nata fuerant: vel si de alia etiam mensura, cognitionis scilicet,
agit, eam in suo genere perfectam, non vero mox summam intelligit.
Quemadmodum sive lib. 5. in initio fere, hominem perfectum Pa-
trim capere ait. Ita ut fluctus hic in simulo moverit Petavius:
cum tamen eandem hic nunc quoque prudentiam et cautionem
in explicanda hac Irenei sententia adhibere debuisse, quam
in Tertulliano adhibuit, lib. 1. de Trin. c. 5. § 4. ubi hoc de eo pro-
nunciat: At idem (Tertullianus) nonnulla spargit interdum de
hoc mysterio, quae apprimè Catholica videntur: et neque tamen
(addit) haec statim persuaderi debent, Tertullianum eandem nume-
ro substantiam ac perfectam divinitatem posuisse. Quocirca certu-
ad huc ex antedictis et probatis manet, Ireneum iuxtam cum Ju-
stino et sequentibus Christianis, Patrem Verbo statuisse Superio-
rem, minime vero aequalem.

Decimus
scriptor
Christianus,
cum predictis
tibz clavis:
signe Patre
Filio maiore
antiquiore
expositio
facit.

X. Ultimus in serie nostra, et qui seculum alterum
cludit, tertium aperit, est Tertullianus, circa annum Christi
203. De quo ita scribit Petavius lib. 1. de Trin. c. 5. § 1. Tertullianus
imprimis de Filio Dei, ac Verbo, cum Justino parva proficeret illum
videlicet ideo Patribus antiquis apparuisse, quod Pater a nullo possit
videri; in cuius nomine, et auctoritate ipse erat Deus, qui videbatur
Dei Filius. Lib. 2. cont. Marc. c. 6. Xam e profitemur, inquit,
Christum semper egisse in Dei Patris nomine, id est ab initio con-
versatum,
atoris, ser-
et exinde
ens illum
diminutio
mana rep-
hominem,
qui interr-
nemini vi-
sto: Nem-
to pronunc-
determina-
debatur &
creatis o-
et incongr-
cont. Prae-
etiam Atri-
est summa-
deum fui-
nem edid-
sa condic-
one intra-
que per je-
tummodo
se ac per-
luit, tum
substant-
ipsum re-
ex se de-
condidit,
continet, ex ce-
jam esse
gnoscereba-
erat, /

nunc prece-
 2. Patris,
 Irenaeo
 et ordine
 incompo-
 silio men-
 bit eum.
 im non de-
 quemad-
 o vel de ea
 is implat,
 determi-
 is scilicet,
 m intelligit.
 ctum Pa-
 Petavius:
 cautionem
 et, quam
 de eo pro-
 terium de-
 e tamen.
 indem nume-
 circa certu-
 m cum Ju-
 e Superio-
 in alterum
 num Christi
 Tertullianus
 sit: illum
 a nullo posse
 qui videbat
 mur, inquit,
 ab initio con-
 versa-

versatum, ipsum congressum cum Patriarchis, et Prophetis, Filium ser-
 atoris sermonem ejus, quem ex semetipso proferendo Filium fecit, Dolus Pa-
 et exinde omni dispositioni sue, voluntatisque praefecit, dithinu-
 ter summus Deus, se-
 ens illum modico citra Angelos, sicut apud eum scriptum est. Qua-
 cursum primorum
 diminutione, in hoc quoque dispositus est a Patre, quae de hu-
 mana reprehenditis, et insens jam inde a primordio; jam inde
 seculorum Christi.
 hominem, quod erat futurus in fine, ille est, qui descendit, ille,
 qui interrogat; ille qui postulat; ille qui iurat. Oterum Patrem
 nemini vident, etiam commune testabitus Evangelium dicente (hri-
 sto: Nemo cognovit Patrem nisi filius. Ipse enim ex Veteri Testamen-
 to pronunciarat, Deum nemo videbit, et rivet; Patrem invisibilem
 determinans, in cuius auctoritate, et nomine, ipse erat Deus, qui vi-
 debatur Dei Filius. Hic sermonem Dei factum est Filium, ac Rebus
 creatis omnibus esse praeceptum afferit a Patre, qui sit invisibilis,
 et incongressibilis, qualem utique negat esse Filium. Verum in libro
 cont. Praxeam c. s. et seq. manifestius opinionem explicat suam, qua-
 etiam Arianam heresim impietate, et absurditate superat. Hujus haec
 est summa: Rationem, qui sensus ex hoc dicitur, ex eterno pene.
 Deum fuisse, qui rationalis inde sit dictus: nondum tamen sermo-
 nem edidisse; quod Verbum dicitur, et ejus Filius, per quem unive-
 sa condidit. Hunc enim antequam produceret, cum ipsa est in ipsa rati-
 one intra semetipsum habuisse, tacite cogitando, et disponendo secum,
 quae per sermonem mox erat dicturus: adeo ut interior hic esset tan-
 tummodo sermo, sive Sophia, uti Prov. 8. nominatur. Sed nondum in
 se ac per se subsistebat. Cum autem creare Deus hunc munum vo-
 luit, tum ipsum sermonem Sophiamque protulit, et animavit, eijs
 substantiam dedit, et ipsum Filium suum fecit. Quocirca sub
 ipsum rerum exordium Verbum suum, sive sermonem produxit
 ex se Deus, ac secundam Trinitatis personam, eundemque Filium
 condidit, quem hactenus in sola dispositione ac cogitatione sua
 continebat. Quemadmodum enim creare res oes in Divina ma-
 te ex eterno constituerunt; ut in Dei sensu ac dispositioe facta
 jam essent; sed nondum in suis speciebus atque substantiis co-
 gnoscabantur, et tenebantur; quod tum fieri caput, cum ille pro-
 creare sunt. Ita sermo Divinus ac Sophia in Dei sensu, ac
 ipsis

Solus Pa-
ter sumus
deus, se-
cum primorum
seculorum
Chrānos.

44.

IRENICI IRENICORVM EXEMPLI

dispositione, veluti preparatus ex omni eternitate, non prius substantie sua proprietatem accepit, quam hanc rerum universitatem creare Deus instituit. Hoc caput est Tertulliana sententia, quam per partes illius verbis explicabimus. Nam c. 5. Ajunt quidem, inquit, ex Penezin in Hebraico ita incipere: In principio Deus fecit sibi Filium. Hoc ut firmum non sit alia mea argumenta deducunt ab ipsa dei dispositio, quā fuit ante mundi constitutionem, ad usque filii generationem. Ante omnia enim Deus erat solus, ipse sibi et locus, et mundus, et omnia. Solus autem: quia nihil aliud extrinsecus, praeter illum. (Nota. Hic Petavius textum Tertulliani abrumpit: qui porro ita habet:) Ceterū nē tunc quidem solus; habebat enim secum, quam habebat in semetipso rationem suam sc̄lē. Rationalis enim Deus, et rāo in ipso prius: et ita ab ipso omnia. Quae rāo sensus ipsius est, hanc Graci Aoyor dicunt, quo vocabulo etiam sermonem appellamus. Ideoq; jam in usu est nostrorum per simplicitatem interpretationis, sermonem dicere in primordio apud deum fuisse, cum magis rationem competit antiquiorum haberi: quia non sermonalis a principio, sed rationalis Deus etiam ante principium: et quia ipse quoq; sermonis ratione consistens, priorem eam ut substantiam fuisse ostendat. Tamen et sic nihil interest. Nam et si Deus sermonem suū non dum miserat, proinde cum cum ipsa et in ipsa ratio intra semetipsum habebat, tacite cogitando, et disponendo secum, quae per sermonem mox erat dicturus. Cum ratione enim sua cogitans atq; disponens sermonem, eam efficiebat, quam sermone ita citabat, etc. Possum itaq; non temere praestruxisse, et tunc deum ante universitatis constitutidū solum non fuisse, habentem in semetipso proinde rationem, et in ratio sermonem, quā secundum a se faceret, agitando intra sc̄lē. (Cap. 6.) Haec est et hac divini sensus dispositio, apud Scripturas etiam in Sophiā nomine offendit. Quia enim sapientius ratione dei,

fīce,

sive sermoni
comitam.
sua, prius
ante omne
dens ergo
gnosce! Cu
ria facieb
nebat font
go ex am
sona ipsi
Pergit ergo
intra sc̄lē
mundi fab
Nam ut p
ne. disposu
primum p
Sophiam, e
que dispos
eis debeat,
gnoscerent
mo speciem
us: fiat l
qua res si
panū, h. e
tia ipsius
substantia
nis, dum e
nomine Sc
Dehinc gen
mul. Exi
factus est,
lus ex Deo
et Pater ip
Ad quem
Filius meu
Sic et Fili
Dominus

MPLA
non prius
cum uni-
x Tulliana
Kam C.
incipere:
non sit
œ, quā fu-
erationem
mundus,
prater
umpit: qui
abebat e-
um fētē. Ra-
io Omnia.
it, quo ro-
nu est no-
nem dicere
u Competat
rio, sed rati-
uoz sermo-
nū ostendat.
rem sūm non-
e intra sc-
ecum, quæ
im sua cogi-
sermone. Ira-
et tunc de-
nisse, haben-
sermonen, quā
6.) Hoc quis
eram in Po-
ratione dei.

F N F A L L I B I L I S D O C T R I N A E 45.

Sive sermone: Itaq; Sophiam quoq; exaudi, ut secundam personam Solus Pater
combitam. Primo: Dominus creavit me. initium viarum in opera
sua, priusquam terram faceret, priusquam montes collocarentur: summus Deus, secun-
dum primo: ante omnes autem colles generavit me: in sensu suo scilicet con- rūm seculū
dens et generans. Dehinc adspicentem eam ipsa separatioē co- Chrānos.
gnosce: Cum pararet, inquit, cœlum, aderam illi simul; et cum for- NB.
tia faciebat super vicos, quæ sursum nubila: et quum tuos po-
nebat fontes ejus, quæ sub cœlo, ego eram cum illo compingens, e-
go eram ad quam gaudebat: quotidie autem oblectabam in per-
sona ipsius. Hucusque Textus Tertulliani, à Petavio omissus.
Pergit ergo Petavius et ait: Quod autem Sermonem istum, quem
intra se, continebat, tum protulerit, cum universitatem hanc
muni fabricare constituit, his verbis (Tertullianus) ostendit:
Nam, ut primum Deus voluit ea, quæ cum Sophice ratione et sermo-
ne disposuerat intra se, in substantias et sp̄cias suas edere, ipsum
primum protulit Sermonem, habentem in se individualias suas rationes,
Sophiam, ut per ipsum fierent universa, per quem erant cogitata at-
que disposita, imo et facta jam, quantum in Dei sensu. Hoc enim
eis debeat, ut coram quoque in suis speciebus atq; substantiis co-
gnoscerentur, et tenarentur. (Cap. 7) Tunc sicutur etiam ipse Ser-
mo species et ornatum suum sumit, sonum, et vocem, cum dicit De-
us: Fiat lux. Hac vero productione, sive pronunciatione, Sermonis
qua res singulas in sc̄pis creavit Deus, alteram Trinitatis perso-
nam, h. e. Sermonem, sive Verbum, ac Dei Filium, in se, et in substan-
tia ipsius propria productum esse, non ex nihilo, sed ex ipsis Dei
substantia, testatur c. 7. Hoc est, inquit, nativitas perfecta sermo-
nis, dum ex Deo procedit, conditus ab eo primum ad cogitatum in
nomine Sophie. Dominus condidit me. In initium viarum suarum.
Dehinc generatus ad effectum: Cum pararet cœlum, aderam illi si-
mul. Exinde eum p̄irem sibi faciens, de quo procedendo Filius
factus est, primogenitus, ut ante omnia genitus, et unigenitus, ut so-
lius ex Deo genitus, propriè de vulva cordis ipsius, secundum quod
et Pater ipse testatur: Eructavit cor meum sermonem optimum.
Ad quem Deinceps gaudens, proinde gaudenter in persona illius
Filius meus es t. ego hodie genui te, et: Ante, luciferum genui te.
Sic et Filius ex sua persona profiteretur Patrem in nomine Sophie:
Dominus condidit me initium viarum in opera sua. Ante oīc
aure

46. IRENICI IRENICORUM EXEMPLVM

N.B.
Solus Pa-
ter sumus
Deus, se-
cundum
primorum
Seculorum
Chrancos.

autem colles generavit me. Quod autem sermo prolatus, cuiusmodi fuit iste. Nat lux, et cæteri nullam substantiam, proprietatem habebat, sed vox tantummodo sit, et sonus oris, negat idem de sermone. Dei cogitandum esse, ut asperebat Præcas, utrum illum esse substantivum, ac propriæ personæ prædictum; Non vis enim inquit, eum substantivum habere, in re per substantia proprietatem, ut res et persona quedam videri possit: ex ita capiat secundus a Deo constitutus duos efficere, Patrem et Filium, deum et sermonem. Quid est enim dices, sermo, nisi vox et sonus oris, ex [sic] grammatici tradunt) aer offensus, intelligibili auritu; ceterum vacuum nescio quid, et inane et incorporeale? At ego nihil dico de Deo inane et vacuum praedire potuisse, ut non de inani et vacuo prolatum, nec carere substantiam, quod de tanta substantia procebat, et tantas substancialias fecit. Fecit enim et ipse, que facta sunt per illum. Quale est, ut nihil sit ipse, sine quo nihil factum est? ut inanis solida, et vacua plena, et incorporealibus corporalibus sit operatus? etc: Hic certe est, qui in effigie Dei constitutus, non rapinam existimavit esse, ne aequaliter Deo. In qua effigie dei? utique in alia, non tamen in nulla. Quis enim negabit, Deum corpus esse, et si Deus spiritus est? Spiritus enim corpus sui gesteris in sua effigie. Sed et invisibilis illa, quæcumque sunt, habent apud Deum et suum corpus, et suam formam, per quæ soli Deo visibilia sunt, quanto magis, quod ex ipsius substancialia missum est, sine substancialia non erit? Quæcumque ergo substancialia sermonis fuit, illam dico personam, et filium. Filium vindico; et dum filium agnosco, secundum a Patre defendo. Hæc fuit igitur Tertulliani de Filio Dei, Verboq[ue] sententia, tum ipsum a Patre genitum, ac filium esse factum, quod res oes Creatas est nihil fabricatus est, ad idoneum sermone est usus; quem tum ex se protulit, ac veluti corporavit, hoc est, propriam illum substancialiam ac personam attribuere. Huc usq[ue] verba Petavii; qui Tertium Tertulliani iterum sic abtumpit.

Pergit autem Tertullianus, Cap. 8. et: Sermo autem, inquit

inquit,
est sp[iritu]s
Patre.
apud
tre: q
tatis,
sed no
modum
fluviu
earum
dit ex
ideo t
Et ter
et Fili
Trini
rens,
prote
ee. Ph
idiote
sonet,
lui, et
Patre
mar
Filius
disti
us al
rivali
major
cum
lio m
alius
per q
quia
ipsiu

inquit, Spiritu structus est, ex ut ita dixerim, sermonis corpus
est spiritus. Sermo ergo et in Patre semper, sicut dicit: Ego in
Patre. Et apud eum semper, sicut scriptum est: Et sermo erat apud eum. Et nunquam separatus a Patre, aut alius a Pa-
tre: quia, Ego et Pater unus sumus. Hæc erit probola veri-
tatis, custos unitatis, qua prolatum dicimus Filium a Patre,
sed non separatum. Postulit enim Deus sermonem, quemad-
modum eriam Paracletus docet: sicut radix fruticum, et filius
fluvium, et sol radium. Nam et istæ species probola sunt,
earum substantiarum, ex quibus procedunt. Omne quod pro-
dit ex aliquo, secundum sit eius, necesse est, de quo prodit, non
ideo tamen est separatum. Secundus autem ubi est, duo sunt.
Et tertius ubi est, tres sunt. Tertius enim est spiritus a Deo
et Filio, sicut tertius a radice fructus ex frutice, &c. Ita
Trinitas per consortos ex connexis gradus a Patre decur-
rens, ex Monarchia nihil obstat ex oikonomias statum
protectit. Et mox cap. 9. inquit Tertullianus: Ecce dico, aliud
ex Patrem, ex alium Filium, et alium Spiritum. Male accepit
idiotes quisque, aut perniciens, hoc dictum, quasi diversitate
sonet, ex ex diversitate separationem pretendat Patris ex Fi-
lii, ex Spiritu. Necessest autem hoc dico, cum eundem
Patrem, ex Filium ex Spiritum contendant, adversus Oikovo-
mias monarchias adulantes, non tamen diversitate alium
Filium a Patre, sed distributione: nec divisione alium, sed
distinctione: quia non sit idem Pater ex Filio, vel modulo ali-
us ab alio. Pater enim tota substantia est, Filius vero de-
rivatio totius ex portio, sicut ipse profitetur: Quia Pater
major me est. A quo ex minoratus canitur in Psalmo modi-
cum quid citra Angelos. Sic et Pater alius a Filio, dum Fi-
lio major: dum alius qui generat, alius qui generatur: dum
alius qui mittit, alius qui mittitur: dum alius qui fecit, ali-
us per quem fecit. Et porro cap. 12. inquit Tertullianus: Imo
quia iam adhaerebat Patri Filius, secunda persona, sermo
ipsius: ex tertia, spiritus in sermone, ideo pluraliter pro-

nunciaz-

NB.

NB.

48. IRENICI IRENICOR^E EXEMPLVM

Solus P^r se nuncianit, faciamus (hominem) ex nostram & nobis. Cum qui-
mus deg. secundus primus secundus. Secundus primus secundus. Secundus primus secundus.
bus enim faciebat hominem, ex quibus faciebat similem, filio
quidem, qui erat induitus hominem, spiritu vero, qui erat
sanctificatus hominem, quasi cum ministris et arbitris

NB. Sanctificatus hominem, quasi cum ministris et arbitris
ex unitate Trinitatis loquebatur. Et mox: Sed ex an-
tecedentibus, inquit, operibus mundi quonodo scriptum est:
primum quidem nondum filio apparente; Et dixit Deus:
Fiat lux ex facta est; ipse statim sermo lux vera, quo illu-
minat hominem venientem in hunc munere, et per illum
mundialis quoque lux.. Exinde autem in sermone Chri-
sto assistente et amministrante, Deus voluit fieri, et De-
us fecit. (Nota. In ultimis his duobus ex cap. 12. locis, ipso
quaque Petavio judice et confitente, Tertullianus manifeste
demonstrat, Filium sive Sermonem, et Spiritum, secundam
et tertiam Trinitatis personam, non ex eterno subsistentes
cum Patre, fuisse. Nam et ad priorem locum haec addit Pe-
tarivs: Nam inquit, adberebat, quia tunc producte sunt
ambae illae personae, quando munere fabricare instituit.
Sed negat Tertullianus:) Et dixit Deus, Fiat firmamentum,
et fecit Deus firmamentum, et dixit Deus, fiat luminaria,
et fecit Deus luminaria, majus et minus. etc. Habet du-
os: alium dicentes ut fiat, alium facientes. Alium autem
quonodo accipere debet, jam professus sum, personae, non
substantiae nomine, ad distinctionem, non ad divisionem.
Exterum ubiq^{ue} tenet unam substantiam in tribus coherentibus.
Hoc Tertullianus.

Quibus nunc Petavii sequentia merito subjungo. Idem,
(inquit Petavius, Tertullianum insuens,) Cap. 14. Patrem na-
turam invisibilem facit, Filium autem visibilem. Nam inde per-
sonarum duarum differencem colligit, quod alias Deum vi-
deri Scriptura testetur, alias neget videri posse, quorum
illum in Filium competit. Hoc in Patrem. Nam ergo ali-
us erit (inquit) qui videbatur, quia non potest idem invisi-
bilem definiri, qui videbatur; et consequens erit, ut invisi-
bilem

bilem Po-
visibilem
Sicut n-
Substan-
ejus to-
terra i-
feriore
si port-
admodu-
est. Fi-
stetur
Qu-
nim Ter-
spectit, n-
stum a-
ex qui-
Deus b-
Filius
stus. De-
nemo v-
ampliu-
inaccep-
lorum
Filio a-
mortu-
sim e-
neque
et Po-
si non
moritu-
Filius
tus e's

bilem Patrem intelligamus pro plenitudo Majestatis, in-
visibilem vero Filium agnoscamus pro modulo derivationis.
Sicut nec Solem nobis Contemplari licet, quantum ad ipsam
Substantie summam, qua est in celis, radicum autem
eius toleramus oculis, pro temperatura portionis, quo in
terra inde porrigitur. Quibus verbis Filium mulcere in-
fieriorem Patre constituit, etiam ante incarnationem, qua-
si portio tantum sit, non plenitudo ipsa substantie, quibus
admodum ex 9. cap. dixit: Pater, inquit, tota substantia
est. Filius vero derivatio totius, et portio: sicut ipse pro-
ficitur: Quia Pater maior me est, &c. Hac Petavius!

Solus Pater
Summus Deus,
Secundum
primorum
seculorum
Christianos.

Quibus reliqua Tertulliani adiungere, utile est. Pergit enim Tertullianus Cap. 15. ex ait: Hunc Filium et Paulus con-
spexit, nec tamen Patrem vidit. Nomen, inquit, vidi Jesum Christum
autem ex ipsum Deum cognominavit, quorum Pates, et
ex quibus Christus, secundum carnem, qui est per omnia
Deus benedictus in eorum. Ostendit ex ipso visibilem Dei
Filium, id est, Sermonem Dei, quia, qui caro factus est Christus
dictus est. De Patre autem ad Timotheum: Quem
nemo vidit hominum, sed nec videre potest. Exaggerans
amplius: Qui solus habet immortalitatem, ex lucis habitat
inaccessibilem. De quo ex supra dixerat, Regi auctorum secu-
lorum, immortali, invisibili, soli Deo: ut ex Contraria ipsis
Filio adscriberemus, mortalitatem, accessibilitatem; quem
mortuum contestatur secundum Scripturas, ex a se, novis-
sime visum, per accessibilem utique lucem; quamquam et illam
neque ipse sine periculo luminiis expertus est, neque Petrus,
et Iohannes, et Jacobus sine uitatio et amentia: qui
si non passuri Filii gloriam, sed Patrem vidissent, credo
moritur ibidem. Deum enim nemo videbit, ex vivet, exo.
Filius ergo visus est semper (ab initio) ex Filius conversa-
tus est. Semper ex Filius operatus est, semper, ex auctorite

NB.

NB.

Patr.

50. IRENIC 1. IRENICOR ExEMPLVM

Solus Pater Patris ex voluntate; quia Filius nihil a semetipso potest facere, nisi viderit Patrem facientem, in se su scilicet faciem. Secundum primorum sicut est, videns perficit. Sic omnia per Filium facit, et sine illo factum est nihil. Et mox Cap. 16. *Ceterum,* inquit, quale, ut Deus omnipotens ille invisibilis, qui omnibus habitat in manuachis, a cuius conspectu terra contremiscit, montes liquefcunt ut cera, qui totum orbem manus apprehendit velut nidum; cui coelum thronus ex terra scabellum, in quo omnis locus non ipse, in loco, qui universitas extrema linea est, ille Altissimus, in Paradyso ad resperam deambulaverit, querens Adam, ex arcu post iactitum Noe clauserit; et apud Abraham sub queru refrigeraverit; et Noe de rubro ardente vocavit, et in fornace Babylonii Regis quartus apparuerit (quoniam Filius hominis est dicitur) ne haec in imagine ex speculo, ex enigmate fuissent? Scilicet, ex haec nec de Filio dei credenda fuisset, si scripta non essent, fortasse non credenda de Patre, licet scripta quem isti in vulnus Marias decucunt, et in Pilati tribunal imponunt, et in monumento Joseph recludunt. Hinc igitur apparet ex hoc. Haec loca ex praecedentia Tertulliani egregie explicante confirmantur, ex Ignatii, Justinii scriptis valde sunt consentanea. Sed ad Petavium revertamur, et quomodo is Tertullianum porro explicet, quicque de eo sentiat, audiamus.

Præterea, inquit Petavius loco citato, § 4. in libro contra Hermogenem, non minus falsa, in modo etiam absurdiora, contra æternitatem Filii ex æqualitate auctoritatem Tertullianus. (Capite 3. Deum afferit fuisse quidem ex æterno, ac semper Deum, non tamen fuisse Patrem. Quia ex Pater Deus est, et Iudex Deus est: non tamen ideo Pater, ex Iudice semper. Nam nec Pater potuit esse ante Filium, nec Iudex ante delictum. Fuit autem tempus, cum ex delictum ex Filius non fuit, quo ad Iudicem, ex qui Patrem Dominum faceret. Sic ex Dominus non ante ea, quorum Dominus existaret; sed Dominus tantum

futur,

futurus
delictum
Cap. 18. di-
cessariar-
iterat in-
irarum
nes, idcir-
cari, ne
deremus.
argumen-
tus Filii
tò minus
exit, alio
Si enim in-
fuit, Sop-
sensu d
magis no
Dominu
su Sophi
ne Sopli
mogenit
uique q
quod in-
equit au-
babuit
ni Filio,
teq innoc-
docet (a
Mysteric
• Patris a
qua sur-
tulliani
ctam

futurus quandoque, sicut Pater per Filium, sicut Index per delictum; ita et Dominus per ea, quae tibi servitura fecisset. Cap. 18. de Sophia, id est, Sermonem vel Filio, Denique, ut necessariam sensit ad opera mundi, statim eam condit, erigerat in semetipso. Dominus, inquit, concidit me in initium viarum suarum, in opera sua, &c. Ignoscat ergo Hermogenes, idcirco etiam Sophiam Dei, natam ei conditam prædicari, ne quid innatum, et inconditum præter solum Deum crederemus. Subinde vero materiam Deo non esse coæternam, argumentatur ex eo, quod si Sophia est Sermo Dei, qui est etis Filius, ex ipso, et in ipso natus, sine initio non fuit, multo minus materia, quæ extra Deum est, sine initio esse potuit, alioqui Filio præter Patrem aliiquid esset antiquius. Si enim intra Dominum, qui ex ipso, et in ipso fuit, sine initio non fuit, Sophia scilicet ejus, exinde nata, et condita, ex quo in sensu Dei ad opera mundi disponenda caput agitati; multo magis non caput sine initio quicquam fuisse, quod extra Dominum fuerit. Si vero Sophia eadem Dei sermo est sensu Sophia, et sine quo factum est nihil, sicut et dispositum sive Sophia; quale est, ut Filio Dei Sermonem unigenito et primogenito, aliiquid fuerit præter Patrem antiquius, et hoc uerique generosius, ne cum quod innatum natu fortius, et quod infectum facto validius? quia quod ut esset nullius equit auctoris, multo sublimius erit eo, quod ut esset, aliiquid habuit auctorem. Hinc evidens est, Patrem antiquiorum positionem Filii, et fortiorum, validiorum ac sublimiorum, quatenus Pater innatus est, et infectus, Filius natus et factus, ut ostendit docet Cap. 32. At idem nonnulla spargit interdum de hoc Mysterio, quæ apprimie Catholicæ videntur: velut, eandem esse Patrem ac Filii substantiam, et Divinitatem, &c. Hæc est si qua sunt ejusdem modi, non statim persuadere debent, Tertullianum eandem numero in tribus substantiam ac perfectam Divinitatem posuisse; sed ut in Patre plena atque tota

Solus Pater
sumus Dei,
2^o secundum pri-
mum seculorum
Christianos.

— N.B.

52. IRENICI IRENICORVM EXEMPLVM

Solus Pater summy Deus ta, in ceteris portio quædam insit illius. Quemadmodum cum dñm p̄t̄z homo hominem gignit, non totam Pater in genitum substantiam m̄d seculi derivat, sed ejus portionem, neque numero eandem, quam h̄c rum Chri: naturam et essentiam. Itaque deum Patrem, ut supra mem- stianos. rari, longè antequam Filium produceret, extitisse putat: et hunc tamen òm̄nibor, hoc est, eadem substantia p̄œxitum. Vti Filius, tametsi tempore sit patre homine posterior, ean- dem cum illo naturam obtinet. Hanc è Tertulliani men- tem, quæ supra posui, illius loca confirmant, eccl. In qui- bus Tertullianus totam substantiam in Patre, & portionem in Filio, non sic intelligit, quomodo Theologi nostri, cùm di- cunt, Patrem plenitudinem Divinitatis possidere in primo signo originis, ut benigne magis qm̄ verè Pamelius inter- pretatur. Sed ita plane, ut longè minor sit Filius: adeò ut propterea invisibilis sit pro modulo derivationis, cùm sit Pater invisibilis (ait Cap. 14 adversus Præream) Sane Athanasius plenitudinem Divinitatis in Patre eē sicut, ut sit etiam in Filio. Quod dñs s̄perte afferit (ol. 2. 9. quia plenus ē pleno natus est Filius, ut ait Ambrosius. Sic et Victorinus in primo contra Arium, tam Patrem, quam Fili- um ait esse plenitudinem. Quod ac mentem Tertulliani minime convenit. Quocirca, ut radius à Sole derivatus, ac fonte ipso luminis, et si eodem lumine constat ei substantia, ideoq̄ dici potest òm̄nibus, multo est tamen minor et inferior, et aspectui nostro tolerabilis est, cùm ad Solis intuitum oculorum nostrorum acies hebetetur. Sic deum Patrem tanquam immensum & incircumspectum lumen, majusque adeo, quam ut cerni possit, Tertullianus contemplatus est: Filium vero sic, quasi portionem quam- dam lucis istius, quam prouinde oculorum nostrorum im- becillitas capere posset. Qua in opinione Veteres, ut jam ostensum est Capite superiori, nonnulli fuerunt. De Spiritu vero Sancto, quemadmodum perperam existimavit idem.

idem, p
tentia
illo co
collata
bi dis
palam
anum
ut err
tempu
Patrem
esse.
Si solu
tatis
quod
dum f
non a
funda
cundo
ter De
cie, co
vero q
lo dire
ait, ti
tinet.
Græci
lius e
ditur
ut tum
sona.
tande
eunec
norn
rea. N

idem, postea demonstrabimus. Et hoc de Tertulliani sententia judicium nostrum, adjuvat eorum rao, qui Deum ab illo corporeum creditum esse volunt. Nam corporum natura collatationem et Contractioem ejusmodi recipit. Quae res alibi disceptabitur. Quod vero ad eternitatem attinet Verbi, palam est ex iis locis, quos supra descriptimus, Tertullianum minime illam agnoscere, ac frustra niti Pamelium, ut errori manifesto colorem obducatur, quasi perinde fuisse tempus dixerit, cum non esset Filius, ac S. Hilarius solum Patrem eternum esse scripsit, Filium autem illi coeternum esse. Hoc enim recte et Catholicus sensu potest usurpari, si solum Patrem intelligamus fontem, et principium eternitatis esse. Illud Tertulliani nulla specie vel falso prius obtegi, quos Filium tunc a Patre productum asserit, cum mundum fabricare institueret: tanquam hactenus potestate, non actu ipso, Pater esset Deus: quae fuit Arianorum nefanda heres, cuius Hac ex parte Irenius meminit in secundo Dialogo: Erat enim (inquietabant illi) potestate Pater Deus. Proinde nuda consideratio, ac sola apparentia, capi animo poterat Filius antequam gigneretur: postea vero genitus est. Postremo, quod Tertullianus modulo alternum numerum, gradu non statu, in Deo factum ait, et a matrice non recessisse, sed excessisse, eodem pertinet. Nam modulum vocat Theonov [¶] Utas [¶] et us, ut Graeci loquuntur, certum modum, quo derivatus a Patre Filius existit: ut radius emissus a sole, extra ipsum extenditur ita, ut idem sit status, hoc est, 86ia vel etosabis, ut tum loquebantur, luminis, gradus vero diversus, id est, persona. Hucusque Petavios de Tertulliano: qui haec tandem de eo adhuc addidit: Invenio tamen, inquit, apud eundem Tertullianum recte illius et Catholicae dictum, nomine non esse Patrem Filium. Omnia (inquit in quarto contra Marcionem Cap. 28.) sibi tradita dicit a Patre. (recte) dam

Solus Pater
sumus de
domini primo
in seculorum
Christianos.

St. IRENÆI & TERTULLIANI EXEMPLARE

Solus Pater
Summus Deus,
secundum
primorum
seculorum
Christianorum.

dam, si creatoris est Christus, cuius omnia, quia non minori se tradidit omnia Filio creator, qui per eum concidit, per sermonem suum scilicet. Verum hoc, etiam si catholice à Tertulliano dicta esse Petavius censeat, non tamen aliam habere nunc possunt interpretationem, quam cum lib. adv. Præcam Cap. 17. Tertullianus ita de Christo scribit, seseque explicat: Omnia, inquit, Patris mea sunt. Quare non et nomina? Quare ergo Legis Deum, omnipotentem et altissimum, et Deum virtutum, et Regem Israëlis, ex qui est, video ne per hoc Filius etiam demonstretur. Suo jure. Deus omnipotens, quā sermo Dei omnipotentis, quāque omnium accepit potestatem. Altissimus, quā dexterā dei exaltatus, sicut Petrus in Actis concinatur. Dominus virtutum, quia omnia subjecta sunt illi a Patre. Rex Israëlis, quia illi proprie excidit soror gentis istius. Item, qui est, quoniam multi filii dicunt, et non sunt.

Sed et nos tandem citationum nostrarum finem facturi, id nunc dicamus cum Petavio: de Tertulliano quoq; satis multa. Quanguam Petavius hic nondum subiicit nobiscum, sed alios quoq; per integrum tertium seculum, et quoq; excusat, autores (Clementem scilicet Alexandrinum, Origenem, Dionysium Alexandrinum, Episcopos sex ad Sambatanum scribentes, Gregorium Neocæsariensem, Thaumaturgum dictum, Methodium Martyrem, Lucianum Antiochenum, Novatianum, Lactantium, Zenonem Venonensem, Eunomium, Marium Victorinum (catholico), Nicenag; synodo posteriori, Rupertum, in modo ipsum tandem Constantium Magnum Imperatorem, ad Nicomedienes contra Eusebium scribentem,) prioribus illis, ceu in doctrina de summo et unico aeterno vero Patre consentientes adjungit, libroq; primo de Trinit. Cap. § 7. ita tandem de omnibus illis, a se proscutis, et allegatis Eccles Doctoribus concludit: Igitur nonnullis

Veterum

Veterum
dem p
probab
versit
nepue
monem
foras
instan
di, ut
ceret.
dixeru
illum i
rius, a
Tatian
ii vero
rat ve
Marty
Alexa
Lucian
scriber
senten
tyrem,
Athene
te mu
ut haec
imō et
ac pote
de Pat
quā u
illius c
quam o
no diff

Solus Pater
summus Deus
et unum primorum
in seculo et
Christianos.

Veterum (rectius vero dixisset: Omnibus vetustis, quorundam que-
dem primis duobus seculis vixerere: quemadmodum huncusq[ue]z
probatum est,) illa de Divinitate, ac personarum in ea vi-
versitate insederat opinio, unum esse summum, ingenitum,
neque aspectabilem Deum, qui Aoyov, id est Verbum vel ser-
monem, quem evanescere intus inclusum tenebat, ex sege
foras produceret vocalem et sonantem: nec tamen vocis
instar, sonique transcurrentem ac dissipabilem, sed ejusmo-
di, ut velut corporatus, ac subsistens, cetera deinceps epi-
ceret. Tum autem a supremo Deo ac Patre productum esse
dixerunt, cuon hanc rerum universitatem moliri statuit, ut
illum velut administrum haberet. Quam sententiam alii cla-
rius, obscurius alii significant: sed isti ferè, Athenagoras,
Tatianus, Theophilus, Tertullianus et Cyprianus. Tam
iuero, quam reliqui, quos commemoravi, (commemoraver-
rat verò Petavius in catalogo errantium, et Justinus
Martyrem, Irenaeum, Clementem Romanum, Clemensem
Alexandrinum, Gregorium Thaumaturgum, Methodium,
Lucianum Antiochenum, sex Episcopos ad Samosateni
scribentes, et Novatianum. Quibus tamen pro hac sua
sententia addere potuisset, debuissetq[ue]z Hippolytum Mar-
tyrem, in Homilia sua de Incarnatione Verbi, idem q[ui]d
Athenagoras, Theophilus, Tatianus, etc. de Filio paulo an-
te mundum conditum generatione disertissime, verbis, pro-
ut hæc ejus verba postea quoque allegabuntur, scribentes:
imò et Cyprianum, Arnobium, et alios.) aevò, dignitate,
ac potentia, superiora Verbo Patrem arbitrati si, Hac tametsi
de Patre esse substantia sive natura Filium asserterent,
quam una re ab ceteris, quæ creaturae propriè vocantur,
illius conditionem diversam faciebant: non minus tamen
quam creaturas initium habuisse, hoc est, Minime ex altero
distinctam hypostasin fuisse, putarunt. Hac Petavius.

Quibus

§. FRENCS RENFCORVM EXEMPLVM

Sol, Pater
sumus deo,
deum pater
morum sc:
culorum
Christians.

Quibus tamen, tum ut, qua de primorum duorum secundorum fide monstrata sunt hactenus, magis magis confirmantur, tum ut tertii quoque seculi publica de Christo doctrina, maxime in initio, eadem cum priorum duorum seculorum doctrina, suisse, clariss adhuc cognoscatur; unicum tantum extodubicato Origenis contra Celsum libro testimonium, at illustrissimum, quod instar multorum esse possit, sic adnectere placet. Ita vero Origenes, qui circa annum Christi 250. vixit, omnium Veterum Theologorum Celeberrimus fuit, in 8to contra Celsum libro scribit: Sicut, (Celsus:) Si nullum alium isti praeter unum Deum colerent, videri poterant merito alios contemnere: nunc cum recens exortum hunc immensis extollant honoribus, credunt se nihil peccare in Deum, quicquid ministro eius reverenter serviant. Ad quod respondendum: Si Celsus intellexisset illud: Ego et Pater unus sumus Iean. 10. 30. et illud in preicatione dictum a Filio Dei Iean. 17. 22. Sic ut ego et tu unus sumus; non plausset nos et aliis concilere praeter Deum universorum dominum. At enim, Pater est in me, et ego in Patre. Quos si quis his motus reprobatur, ne forte transfigiamus ad eos, qui negant duas esse substantias (Ecclesiastes) Patrem et Filium: audiatur illud Act. 4. 32. Erat autem omnium credentium corpus unum, et una anima: ut contempletur illius dictum: Ego et Pater unus sumus. Unus igitur deum, sicut rationem reddimus, Patrem et Filium colimus, constantem etiam contra alios, non recens exortum, quasi prius non fuerit, nimis honoribus extollimus. Redimus enim ejus verbis dicitis: Antequam Abraham natus esset, ego sum Iean. 8. N^o 58. itemque: Ego sum veritas Cap. 14. 6. nec est quisquam nostrum tam illiberali ingenio, ut opinetur, quod veritatis essentia non fuerit ante adventus Christi tempora. Itaque religiose colimus Patrem Veritatis, et veritatem Filium,

duos

luncta
splen
ipso.
cum
solun
quid
geni
char
ficiat
de h
genti
ador
ra d
fectio
minis
ctam
eos e
nia.
gine
vrene
suum
ipx.
Pont
re d
per c
Celsu
enim
entia
de i
Quon
ceas

N.B.

duos quidem subsistentia, unum vero concordia, consensu, ro:
luntatis identitate: adeo ut quicunque vidit Filium (qui est Solus Pater
splendor gloriae Dei, characteris ejus substantiae) videret in
ipso Deum, ut in imagine Dei. Opinatur is nunc, eò quod una
cum Deo Filium ejus colamus; sequi secundum nos quoque, non
solum Deum, vetum etiam ministros ejus colendos esse. Qui
quidem si intellexisset veros ministros Dei post ipsius uni-
genitum, Gabrielem, Michaelem, reliquosq; Angelos, c; Ar-
changelos, eosque colendos contendere: fortasse colendi signi-
ficatum repurgantes et actiones colentium, diximus alio
de hoc loco pro tanta rei dignitate, propter captiuos nostra intelli-
gentiae. Hunc quanto ministros Coli postulat hos dæmones qui
adorantur a gentibus: non evincit ut eos colamus, quos Scriptu-
ra docet ministros esse illius mali Principis hujus seculi, ad de-
fectionem a Deo pertrahentis quoscunq; potest. Ergo non ut
ministros istos, qui a religiis hominibus honorantur, detrac-
ctamus venerari et colere. Si enim persuasum haberemus,
eos esse summum Dei ministros; nunquam appellaremus eos Demo-
nia. Sed unum Deum, et unum ejus Filium ac Verbum ima-
ginemq; quantum possumus, supplicationibus et honoribus
veneramur, offerentes eeo universorum Domino preces pro
suum unigenitum. Cui prius eas attribemus, rogantes, sur-
ippe, qui est propitiator pro peccatis nostris, dignetur tangere
Pontifex preces nostras ex sacrificia, ex intercessionibus offer-
re Deo optimo maximo. Itaque in Deo fides nostra consistit
per confirmantem eam in nobis ipsius Filium. Nec est quod
elbos nobis generationem objiciat propter Filium. Veneramur
enim Patrem, eo quod admiramur ejus Filium, Verbum, et Sapientiam,
et veritatem, et justitiam, et quicquid dicimus esse
Dei Filium, c; tali Patre progenitum. Et de his quidem haeret.
Quoniam autem rursum elbos sic loquitur; Quod si eos do-
ceas non esse hunc Dei Filium, sed illum Patrem eum omnium

N.B.
Summum Dei
secundum
primorum
seculorum
Christianos?

quem

58. FREN. C. FREN. COR. V. M. EXEMPL. L. II. M

Solus Pater
sumus Dei,
29um pri-
morum seculi
Christianorum.

quem solum coli revera oporteat: non colene nisi una cum isto
seditionis sua autores quem nominant dei Filium, non quod
deum venerentur magnopere, sed quod istum extollant plus
nimio. Atqui nos scientes quis sit dei Filius, nimicum splen-
dor gloriae, characteres substantiae ejus: vapor potentiae dei,
Omnipotentis gloriae sincera promonatio, splendor semper
ni luminis, speculum immaculatum dei potentiae ac efficaciae,
imago ejus bonitatis, scimus hunc illius filium, et illum
hujus Patrem. Nec est quicquam in hoc sermone, in-
decens, nec male deo convenit, tam sibi Filium Unigenitum
substituere. Nec potest nobis persuaderi, hunc qui talis est,
non esse ingeniti dei et Patris filium. Quod si celus auerit
perversam doctrinam quorundam, qui Filium dei negant esse
creatoris filium; ipse viderit, et qui huic opinioni faverit, Non
est ergo seditionis auctor Jesus; sed omnis pacis; ut qui
dixit suis discipulis: Pacem relinquo vobis; pacem meam do
vobis. Deinde quoniam sciebat hujus mundi et non dei ho-
mines hostes nobis futuros, addidit: Non sicut mundus dat
pacem; ita et ego do pacem vobis. Confidimus autem propter
eum, etiam si affligimur in mundo, quia dixit: In mundo
afflictionem habebitis: sed confidite, ego vici mundum. Hunc
abeveramus esse dei filium, dei inquam, quem (si celi ver-
bis utendum est) magnopere veneramus, et filium ejus ma-
ximus a Patre auctum honoribus agnoscimus. Esto autem,
non deesse quosdam, ut in tam numero credentia mul-
titudine, qui dixerint ab aliis, temere affirment, quod
Servator sit Deus ille universorum dominus: nos certe
hoc non facimus, qui credimus ipsis dienti Iohann. 14.28. Pa-
ter qui misit me, major me est. Quapropter quem nunc
Patrem vocamus, cum non subhiciamus, ut celus calunii-
atur, dei Filio. Pergit deinde, Quod autem non aber-
rans a scopo sic opiner, utare ipsorum testimonius. Nam in
illo celesti dialogo alicubi haec fermè ad verbum dicuntur:

Si fortior

N.B.

N.B.

N.B.

N.B.

N.B.

Si fe
et q
mut
ris e
cia
alio
cult
quer
Dom
ven
obus
quos
pta.
ne r
und
fins
cam
Fili
ext
mis
nos
min
enti
ten
ast
sen
tale
ab
ris
est
ips

I N T R A C T I O N E S D O C T R I N A E 59.

Si fortior est Dei Filius, et Dominus ejus est Filius hominis. Solus Pater
 ex quis alius dominabitur Deo tenenti imperium? quomodo
 multi circa puteum, et nullus in puteum, ei cur tantum stine-
 ris emensus timidus es? Falloris: adeo enim mihi auda-
 via et gladius, adeo non hoc est ipsius propositum. Nam
 alium Supercolestem Deum hujus Patrem faciunt, in cuius
 cultum consenserunt, ut sub praetextu magni Dei colant hunc,
 quem sibi praefererunt Dei Filium, quem ajunt ut fortiorum
 Dominum esse Dei tenentis imperium, solumq; venerantur.
 Unde illius solemnis preceptum eorum, non esse servientium du-
 obus Dominis, carente, ne quis ab hoc uno diffideat. Hac
 quoque rursum a nescio qua obscurissima heresi desum-
 pta, universis Christianis objicit. Obscurissimam dico quia
 ne nobis quidem multum cum Hereticis conflictatis liget,
 unde nam nec Celsus acceperit: si tamen accepit, et non
 finxit, vel affixit de suo. Nec enim manifeste prae-
 camus, Eccloribus, qui mundum hunc sensibilem condidit,
 Filium non esse fortiorum Patre, sed inferiorum. Id quod
 ex ipsius auctoritate affirmamus, docente: Pater qui
 misit me, major me est. Ioan. 14. 28. Nec est quisquam
 nostrum tam attonitus, ut dicat, Dominus est Dei ho-
 minis Filius. Imperium autem ei, ut Dei Verbo, Sapi-
 entiae, justitiae, veritati, astruimus in omnes suspicien-
 tes eum hoc nomine; sed non in Deum Patrem omnipo-
 tentem. Hac Origenes, loco citato, clare, perspicue!

Et tantum de perpetuo omnium scriptorum Ecclesi-
 asticorum intra prima duo secula, et quos excurrevit, con-
 sensu. Ex quibus omnibus clarissime jam patet, non esse
 talis de Filii cum Patre aequalitate Traditionem, qua
 ab Apostolis sit propagata: prout quidem hodie a ple-
 risque creditur. In contrario potius adeo verum
 est, ut Petavius Axiom quoddam in eo, contra accusatores
 ipsius excusat, lib. 1. de Trin. Cap. 8. § 2. ac si is dogma-
 tis

summ. de,
29*um* pri-
mor seculi
Christians.

NB.
NB.
NB.
NB.

um isto
 n quod
 ant plus
 m plen-
 totia. Et;
 sem pote-
 tia. ex-
 ercita-
 et illum
 one. in-
 genitum
 his est
 aurum
 egant ee
 uent. Non
 ut qui
 meam do
 i dei ho-
 minis dat
 m propter
 mundo
 m. Hunc
 Celsi ver-
 ejus ma-
 o autem,
 in mul-
 cem, qo-
 nos certe
 14.28. Pa-
 rem nunc
 s calumni-
 or aber-
 tam in
 dicuntur:
 Si fortior

GO. FRENICIS FRENICORVM EXEMPLVM

Solus Pa-
ter sum
Deus, & un
primorum
seculorum
Christi:
anos.

tis sui primus fuisset architectus; immo, ut rotundè dicat Petavius, Veteres à se allegatos idem quos Arius (id est, Filium Patre inegalitatem) ante tradidisse. Verba Petavii sunt hæc: Planissime constat, Arium illorum Veterum secutum esse dogma, qui nonnum patefacta constitutiss re, ad eundem errorum offendevnt. Nam ex illi productu à Deo Patre Verbum, non tamen ex aeternitate, docuerunt, sed antequam mundum fabricaret, ut illo administrando hujus molitionem operis uiceretur. Quamobrem quod Arius illius dogmatis Architectum fuisse, cujusmodi hæc tenus auditum non erat, Alexander in Epistola queritur, alijs Patres, qui contra hanc heresin scripsere, oratorio more, et per exaggerationem dici arbitror. Siquidem magna est à nobis producta copia priuorum, qui idem quod Arius ante traxiderunt. Nisi forte hoc iste præcipuum habeat, quod Verbum dei ac Filium est & ex eis ex nihilo creatum, palam ac risertius, quam unq; alias assertaverent. Nam plerique illi, quos supra citabi, non id expressè declarant, sed Filium sive Noyor ajunt ex Patris Substantia profluxisse, ut Athenagoras, Hæophilus Antiochenus, Tatianus, Origenes autem, ex Dionysius Alexandrinus, ex re ipsa idem, quod Arius, sentiunt, non tamen expressè ac verbo declarant, est & ex eis Filium esse factum. Tum illius forte vel peculiare, vel præ ceteris Arius habuit, quod Filium dei natura esse mutabilem, et in ceteris verti posse defendere. Itaq; Sozomenus lib. I. cap. 15. quodam ait Arium docuisse quod à nullo hæc tenus usurpatā fuerunt; videlicet Filium dei ex non existentibus esse factum, ac fuisse quondam, cum non dum esset. Item libero suo arbitrio nequitia, ac virtutis capcem esse; et creaturam, atque opificium. In quibus Petavii verbis tum hanc obscurè innuitur, immerito tantos clamores, tantas rixas, tantosq; tumultus, ob Ariū sentiam, quæ tamen vel verbis saltē non nullis, non re, ab illa Vete-

Veteri
consci
tiam
patesc
prout
senten
tuit?
homini
Aposto
Seine
facta
ubi di
expre
(imò
admo
cuius
tempo
stolis
fuiss
rum,
tor,

ne a
unq;
et q
met
•
sive
absu
unq;

Veterum sententia, differat, olim fuisse excitator; tum et hoc Solus Pater considerare convenit, quod Veterum illorum tempore, sententiam hodiernam, de aequalitate filii cum Patre, nondum patefactam constitutam fuisse indicatur. Quod si est, prout Petavius ipsemet id hic fatetur, et credit, quomodo sententia haec ab Apostolis per Traditionem provenire potuit? Quomodo Apostolica censeri potest? et non potius hominum inventum dici debet? Nam si traxita fuisse ab Apostolis, his primis sane Christianis omnium patribus, et scilicet per hos alius demum patefacta fuisse. Atqui patefacta fuit demum, prout Petavius lib. I. de Trin. cap. 3. § 3. ubi de Expositio fidei, Justino falso adscripta, agit, iterum expressè loquitur et fatetur, post Arianam procellam. (imò, ex insano contendensi, et contradicensi pruritu: quemadmodum id ex Disputatione Alexandri cum Ario habita, cuius Socrates lib. I. Hist. Eccl. cap. 5. meminit, actis illis temporis abundè patet.) Ergo minime omnium ab Apostolis provenire potuit.

Sed, ut magis abhuc pateat, non hanc eccl. vel unquam fuisse Apostolorum traditionem, sed contrariam potius, summi èrum, quod solus Pater summus sit Deus, Omnis (rector, probo id nunc porro, sex abundantib), summationem quasi,

I. ex eo, quod Ignatius eos etiam Ministros Satanae appellaverit, qui Christum, Deum super omnes, omnium (rectores), dicere: quemadmodum, ubi de Ignatio, et Grenaeo agebamus, id monstratum est, et Petavius ipse met ibidem fatetur.

II. Quod omnes alii à nobis citati Eccle doctores, sive explicite, sive implicitè, id juxtam cum Ignatio pro absurdio habuerint, dicere, Deum omnipotentem in terris unquam apparnisse, sejg conspiciendum, aut traccant.

Dum

62. IRÆ KI GCI FRÆK CORVM EXEMPLVM

Solus Pa-
ter summa
deus, 2dum
primorum
seculorum
Chronos.

dum probuisse: quemadmodum quidem id ipsum de Filio, et Verbo ultrò fatebantur. Vide verba ipsorum superius allegata.

V. Negligentia proficiendi in melius. Mat. 13. 12. 19. 22.

VI. Veritatis oblatio^e, contemptus, Act. 13. 46. deque
pra-

præconcepta sua sententia certitudine et veritate nimia persuasio
sio Joan. 8, 53. Act. 17, 11.

VII. Defectus disciplinae Ecclesiasticae, Aposto- lico-Christianaæ Cor. 5, 2. 6. 7. 11.

VIII. Mixtura regni Christi spiritualis cum mun-
dano, gloriis usu Matt. 20, 21. 28. 26. c. 26, 52. Luc. 9, 55. 56.
Joan. 6, 19. c. 18, 36. Rom. 12, 2. olim quoque ab universa pri-
morum duorum seculorum Ecclesia (prout id ex omnibus isti-
us temporis Scriptoribus Christianis e*et* Patribus; Ignatio
scilicet, Polycarpo; Iustino Martyre, Athenagora, Theophilo, Ta-
tiano, Trenæo, Tertulliano, Clemente, Alexandrino, Origene,
Cypriano, Gaciantio, aliisq*z*, suo tempore clarissime itedem
probabitur,) in Christianis adeo improbatu*s*, et damnato, ut
Iustinus Martyr in Apol. II. pro Christianis, e*et* Tertullia-
nus in Apologet. Cap. 21. e*et* 46. e*et* lib. de Idololat. cap. 17.
e*et* 18. deniq*z* lib. de coron. milit. Cap. 1. e*et* II. nonnullos quoq*z*
qui contrarium facerent, ab Ecclesiis propterea non amplius
pro Christianis habitos e*et* testantur: videanturque illi Nicoc-
ni Patres, qui Symbolum, Nicenam dictum, considerare, quiq*z*
(narrante Eutychio Patriarchâ Alexandrino, apud Joannem
Seldenum, in Eutychi*s* istius Origenes Ecclesie suæ commen-
tante) Constantinum M. Imperatorem, se totum cum Im-
perio suo ipsis in Circulo committentem, glariu*m* simul
tradentem, gladio ad defensionem fidei iterum cinxere,
primi Discipline hujus Christianæ violatores e*et* corrupto-
res, novæq*z* adeo prout fidei, ita et disciplinae, conditores
fuisse: illud antiquissimum Christianorum apud Ter-
tullianum Apologet. c. 21. Sed e*et* Cesares credidissent su-
per Christo, si aut Cesares non essent seculo necessarii, aut
si e*et* Christiani potuissent esse Cesares: non amplius atten-
dentes, sed n*e* cruci e*et* persecutioni subjacente, imposterum
cogerentur, una quasi litu*n* delentes, e*et* antiquantes,

ipso

38. COROLLARIU M DE REFORMATIO N E

ipisque adeo Episcopis, ut utrumque gladium sibi quoque tandem vendicarent, occasionem præbentes.

X. Odium et persecutio aliorum Gal. 4. 29. adeo à Christianismo abhorrens, ut judge Christo Luc. 9. 55. 56. Ecclesiæ veteri apud Tertullianum et alios, cundem in merum Ethnicium, aut Judaismum convertat; immo Ecclesiam Christi, quæ oocularum naturam habere debet, in lupos rapacissimos tandem transformare videatur. Cnf. Mat. 7. 6. 15. Nè tam Christiani eò se amplius in trucidantis sive alia ratione laedendis hominibus excusent, quod, quicquid agant, religione et conscientia sua impulsu faciant, adeoque facere teneantur, hoc illis nunc informationis et responsi do: I. Non satis esse, dicere: Se à conscientia sua ita edoceri. Nam, quid? si conscientia tua non recte sit informata? tu vero tam male interim agas, ut cum illo proselyto Mat. 23. 16. filii gehennæ fias? Nam non omnem ignorantiam excusare, praesertim ubi male agitur, ex Luc. 12. 48. clarissime constat. Itaque 2. cùm vix fieri possit, ut tu inter malum et bonum quam accuratissime semper discernas, hoc consilii, quod pene Gamalielis est, Act. 5. 33. 34. 35. 38. 39. tibi suppedito, ut si qua in re te alteri nociturnum esse videas, audiassse, sedem a malefacto mox retrahas, et conscientiam tunc potius tuam in subium voces, eamq; pro non recte informata interim haberas, donec resu forte plenissime, nemineq; amplius eruditorum hominum vel contradicente, vel contradicere valente, nam ut male agere possis, alterutro horum opus esse puta, vel ut nemo amplius inter homines sit Gamaliel, qui tibi contradicat, factumq; tuum improbet, vel ut omnes tales Gamalielles argumentis et rationibus tuis, ex manifesta et utriusque concessa veritate petitis, jam ita sint constructi, et convicti, ut quod tibi respondeant, non amplius habeant, sed semper à te convicti et pudefacti abscent. Hui enim duo tantum quod bene notes velim, veræ certitudinis inter homines sunt modi: quam nisi habueris, prout guidem ea ratiissime quog;

haberi

ET RECONCILIATIONE SECTORUM: 89.

haberi potest, tantum abest, ut dum alios sive persequeris, sive
ulla alia ratione, lœdis, conscientia tuae, satisficias, ut tandem
potius insigniter lœdas, et vulneres; suo tempore sete evigilatu-
ram, teque ipsum plenius accusuram. (Conf. Sap. 5. 1. 2. 3. 4. scic.)
persperceris, quām ut male faciendo pergas, conscientias tuas, ma-
le forte informatae, obsequares. Quid enim, quoq; Gamalielis
consilium Synedrio Hierosolymitano, de Apostolis interficien-
dis consultanti, nocuit, aut nocere potuit, dum sententia
sua non mox obsecutum est, sed pedem à maleficio retraxit,
sententiamq; suam, cū dubiam adhuc reliquit? et annon
idipsum profuit magis? Quocirca, quemadmodum Synedriū
istud bene monenti obtemperavit, eique assensum est: ita et
tu assentiri nè dubita, iramq; dei hac ratione multoties, si
non et semper, effugier. Pterum in benefaciendo accura-
tione hac opus non est, sed conscientiam tuam hic intrepide
sequi potes. Nam etiamsi quoq; in benefactis modis excede-
res, (quoq; tamen admodum rarum est) nunquam tñ p̄co-
ptera, si simplici animo id facias, punieris. Sed hæc iter-
um obiter quasi, at forte non inutiliter.

X. Persecutionis propter veritatem metus. Joan.
11. 47. 48. et crucis paupertatisq; Christi aversatio: Euc. 14.
33. adeoque fiducie in Deo, fidei q; vero defectus, Heb. 11. 6.
Et hæc nunc quoq; inter alia sunt mala illa, que imprimis
post mutatio sibi imputatas hereses, factamq; aliarum ab
alio secessionem, violatamq; adeo pacem Ecclesiasticanam,
omnes plene in universum Sectas invaseré, queque errorum
suecum singulas nunc admonere possunt, easq; ad mutuam
conciliationem et conjunctionem adigere debent. Nam nè
hæc vel illa Secta, ob imaginaria doctrina sua sive an-
tiquitatem, sive infallibilitatem, sibi prerogativam aliqd
præ alijs tribueret, iusq; eo nomine dominanti adhuc velle,
pergat, ecce, omnes in universum Sectas hic nunc in va-
riis, ab antiqua illa veritatis semita abiisse, et ad primorum
Chri-

90. COROLLARIUM DE REFORMATIONE.

Christianorum, primaeve Ecclesiae sententia, doctrinaz immoribus et disciplina, penitus defecasse, et degenerasse offendit! Quid ergo? An magis nos nunc adhuc pudebit, et rores nostros, tam clare nobis ostensor, fateri aut emendare, quam coram tribunali Christi aliquando verè pudefieri? Conita! Quin potius tabulas naufragii disjectas colligamus, ad pacem, à qua violata errores fluxere, adspicemus, mutuamqz aliorum opem imploremus, et nos tandem invicem circa violentiam, suetaque comitia concilicemus. Patiamur nos moneri, ut et deus nos in regnum suum aliquando ingredi patiatur. Præsertim cum pauca adhuc sint quæ à singulis Sectis facienda restant. Nam que porrò à singulis istis Chranae professionis cœtibus et Sectis, ut pax Ecclesiastica in integrum restituatur, animiqz variis ambagibus et gyris multum hactenus à se invicem alienati unianur, et coalescant, desiderari videntur, et a me nunc quoz desiderantur, haec sunt: seque à plurimum votis, cœptis, et institutis minime aliena, immo viam satis complodiam et brevem ad pacem obtinendam continentia:)

Vellem scilicet, I. Lutheranos progredi, nec subsistere, (ob Matt. 13, 12.) quin potius cum Calvinianis, pacem illis et fraternitatem sic satis hucusqz efferentibus transigere, secessum cum illis conjungere. Quo nomine expendi ab ipsis velim loca sequentia: Mat. 9, 23=26. et Rom. 15, 9. 6. 7.

Vellem II. Calvinianos cum Remonstrantibus, seu fratres cum fratribz idem facere, (ob Rom. 14, 10.) et

III. hos cum Socinianis, (in Evangelio, consciuntiarumqz promovenda sive salute sive libertate, perinde atque illi certantibus,) similiter. Quibus propterea Aplici simili causa, oportet faciendas preces Psal. 4, 2. mentio commendata.

Vellem IV. Pontificios, (quibus, nec in retractandis dogmatibus suis, præter et contra Scripturam excoegeratis, nunc etiam difficiles esse pergent, ob suam in illis, ut pro pagandi

E pagandi
obtestar
tandem
duplici
tes, et s
stigatio
per cont
sine mi
sticæ E
dendam
hic augu
lium ad
populo C
dum res
lo per G
Zwing
onemone
in Impre
Captis, e
dentini
bertate
ritii St
Sipante's
Caesare
Seculô, pa
tremie. 9
bona Eco
Religionis
cem Mo
niisque. 1
juxtim C
dam, sea
cienoum
Regem e

ET RECONCILIATIONE SECTORVM. 91.

paganois, aliorumq; multum licet reluctantium, rogantium, et
obtestantium, conscientis obtudendis. contumaciām, ^{divinitus}
tandem immissa flagella et castigationes, eas triplices aut qua-
druplices teibz hisce ultimis seculis ordine sege consequen-
tes, et Solemnis, meritō iterum ob oculos pono. Ita verò ca-
stigationes illis immisae sunt: 1. tertio abhinc retroacto seculo,
per contemptissimum illum Hussitarum manipulum, toties, nec
sine miraculo, instructissimo, numerosissimoque vigore Ponti-
ficiæ Exercitui subitum terrorem inuentientem, in fugam pu-
dendam agentem, cladens, inferente, imo, quod miraculum
hic auget, semper quoq; victorem; et hinc Basileense concilium
ad denegatum sanctenus, imo per summum nefas ablatum
populo Christiano, alicis usum, solemniter iterum conceden-
dum restituendumque, tandem ad gentem. 2. Superiori secu-
lo per Lutheranos, ab avita religione Pontificia, juxtim cum
Zwinglianis et Calvinianis passim descendentibus, reformati-
onem latè patentem institentes; hinc vero rebus ipsorum
in Imperio valde iterum accisis, adeò ut ducibus ipsorum
Captis, exercitus dissipato, arbitrio Cesaris, concilioq; Tri-
dentini prosses, jam subjecti videbantur, deque religionis li-
bertate Conclamatum quasi nunc esset, per insperatas Mau-
ritii Saxonia Electoris Copias, Concilium quoq; ipsum dis-
sipantes, pacem Passaviensem, Religionisque libertatem ab
Caesare rursum extorquentes, et obtinentes. 3. Hoc ipso
seculo, per Suecum Exercitum rebus Protestantium ex-
tremis, Dennis periclitantibus supervenientem, et Pontificios,
bona Ecclesiastica ab Evangelio vi repetentes, libertatemq;
Religionis rursum opprimere satagentes, non tantum ad pa-
cem Monasterii Cum Protestantibus ineunam, Religio-
nisque libertatem, vigore Transactionis Passavensis, usq;
juxtim cum bonis Ecclesiasticis, sartam rectam relinque-
dam, sed et ad plura in super ius concedenda, cœu ad quod fa-
cendum et vicericia Belgii (confederati arma Hispanum
Regem eodem tempore compulerant, adgentem.) Velleam,
inguam

92. COROLLARVM DE REFORMATIONE

inquam, Pontificios, ita à Deo ipso admonitos et castigatos, transfigere primum cum Græcis, [quos ob antiquitatem suam, primis ex Iudæis Christianis, adversus alios suos fratres murmurabantur, Act. 6. 1. et una cum illis, traditiones suas aliis, noviter plantatis, libertatemque ab istiusmodi traditionibus professis, Ecclesiis Christians, pertinacius obtrudentibus Act. 19. 1. 2. Gal. 2. 12. non male hic comparaveris;] et hinc cum Lutheranis, Calvinianis, Remonstrantibus, et Socinianis: ceu recentius quidem exortis Sectis, sed tamen sub ipsa quasi protectione Dei, id est ad Corporis Christi redintegrationem, admisis et toleratis, et propterea se in vicem quosque necessariò nunc toleraturis, cumque ipsis Pontificis et Græcis, ut unum tandem corpus in Christo fiant, (ob Gal. 3. 28.) effecturis.

Vellem denum V. eisdem Pontificios ita reformatos aliisque unitos, ad Memonitarum professionem, ut nova creature fieri pergant, propius accedere, (ob Gal. 6. 15.) hisque et contra, ceu qui in multis aetate edocentes sunt quoque, et persicendi suam erubitionem, suaque zona, monente Petro, Pet. 4. 10. elargiri et communicare. Ita scilicet exceptata inter Christianos pax aliquo conciliari, vitaque Christiana in mundum reduci posset: Deo illa, que ad Corporis Christi perfectionem aetate desunt, sensim prout spectamus suppetetur; quandoquidem vel in hoc ipso Scripto clarissimum nunc habeant Exemplum Christiani, per quod tum errores suos agnoscere, tum inter se in vicem efficacissime conciliari possint. Sin id facere, abnuerint Secta, et particulares potius homines, quam receptam ab omnibus hominibus veritatem, qua scilicet mille Lutheris, Calvinis, Papis, Arminianis, Socinis, Mennonibus, quin et concilii omnibus, potior est semper, sectari, adeoque Sectarii manere, maluerint: si autem, se divisi Christi videntur esse et manere, (Col. 1. 13. Cor. 11. 33. e. Cap. 3. 3. adeoque) iudicium Dei effugere nullum modum posse; Gal. 5. 20. 21. immo, jam in hoc mundo ad veritatis tribunal citari, ibidemque causâ suâ processus cadere, ignomi-

niag.

niag. n

clesia

quoque

Nulli

Izrael

adjung

jurgare

nlo com

tus fuit

lo dei

taret,

Sed pr

suo ab

erunt,

et hoc

qui ab

Christ

et anir

gatione

interes

stituer

tandem

præcur

Proph

Christ

puli Ch

voce. i

et que

pus re

imo ver

ET RECONCILIATIONE SECUNDARVM. 93.

niqz, non nisi seria acta poenitentia eluenda, notari. 2 Iun 3, 7, 8, 9.
Hic mihi, scio, ita regeres: Te vero, quid interim fiet, dum Ecclesia nulla est, cui te adiungere aut possis, aut velis? etiam si quoque te clarissimam habere veritatem et cognitionem darem?
Nullius ergo Ecclesia eris membrum, adeo nec corpori Christi insertus?

Respondeo: An Elias Deo minus erat acceptus, quod se Israëlitis Idololatris, Baalemz, colentib, in publicis coetib, non adiungeret, sed hinc inde tantum oberraret, idololatrasq; obiugaret? An Joannes Baptista in deserto solitarius vivens nro communione alicetum Iudeorum utens, propterea impetratus fuit? Seilicet, ubi uterque hic Elias officio tuatum suo in populo dei reformato functus est, etiam si publicos coetus non frequenter, Deus tamen eximiè placuit, insertusque eidem manu sit? Sed praterea, habuit tamen Deus ex horum Eliarum tempore suos aliquos, quibuscum peculiare corpus aliquos illi constituerunt, conjunctiq; in veritate, et fide vera manserunt? Habet et hodierno tempore, vel inter ipsas Sectas Deus nonnullos, qui abominationes fugiunt, reformationeq; aliquam populi Christiani exceptant, expectant, et urgent, quibuscum corda et animos sociare, (si aliter nequead reliquorum vero congregationes non processu deserere, imo, ut usum rectius aliquando interest possit, eas emensatas exceptare, est corpus Christi constituere, eidemque insertum esse.

Et proinde, si ex me porro quasieris, Lector, equis tandem sim? Confitebor et dicam cum Ioanne Christi praecursore, (nonnullis tantum additis:) Non sum Elias, neq; Prophetarum quisquam, neq; Chrs; secundum Christianus, Christique discipulus, ingeniisq; et suspirans ob casum populi Christiani, eumq; ut resipiscat, elata hujus Scripti voce, inclamans. Ita te hunc iterum dimitto, Lector, et quae praterea tecum communicanda essent, in aliud tempus reservo. Vale, veritatemque amav, et sedulo sectare, imo veritatis auctorem et largitorum Deum, prout debet, venerare.

F I N. F S.

J

Abs
Antr
Arii
Arte
Atha
Ava
Auth
Aris

Ba

Ba
Bei
Be

Cahr
Cat
Cegin

Index Rerum et Verborum.

A.

<i>Absurda semper falsa</i> -	-	-	Pag. 3. ec.
<i>Anthropomorphite</i> -	-	-	4.
<i>Arii sententia</i> eadem ferè est, quæ Veterum fuit -	-	-	59. 60.
<i>Artemonitæ, eorumq; Traditione verissima</i> -	-	-	71.
<i>Athenagoras, ejusq; doctrina de Christo</i> -	-	-	33. ec.
<i>Avaritia quid?</i> -	-	-	86.
<i>Author Irenici quis sit?</i> -	-	-	81. 93.
<i>Aristides</i> -	-	-	15.

B.

<i>Baronius</i> -	-	-	74.
<i>falsi convincuntur,</i> -	-	-	<i>ibid.</i> ec.
<i>Becanus</i> -	-	-	5.
<i>Bellarmino</i> -	-	-	14. 25. 28.
<i>Bera</i> -	-	-	4.

C.

<i>Calviniani quomodo pacem promovere debeant?</i> -	90.
<i>Catholici orbis Traditiones primariae falsa sunt,</i> <i>religiōs ejus propterea nutat</i> -	9. e ² seq.
<i>Cerinthus Simonis Magi sententia expolivit</i> -	13.

Certitu:

Certitudo quomodo obtineatur? - Vid. Praefat.
eius modi duo - 88. 89.

Christianorum hodiernorum sententia de aequa-
litate Christi cum Patre non est apostolica 60. 61. et.
Clemens Romanus, ejusq; de Christo doctrina - 18. et.
Condemnatio præpostera Sectarum inter se - 83.

D.

Danbarinus
Deus super omnia, Pater tantum ē à Veteri. 5.
bus creditus est - - - 40. 41.
Dionysius Areopagita - - - 14.
disparatorum regula quam firma - 1. 2. etc.
disputandi ratio unica - - - Vid. Praefat.
Dissentientes in religione recipiendi - 84.
Distinctio quæ mala? - - - 1. 7.

E.

Etoni qui? - 109. Vide alium Concilium.
Ecclesiæ Doctores enumerantur - 14.
Ecclæsia Christi semper fuit, et vel inter ipsas
hodiernas Sectas adhuc durat - 82. 84.
Episcopi sex ad Samosatenum scribentes, locumq;
de Christo sententia et doctrina - 64.
Episcopi in Concilio Niceno Constantinum M.
gladio cingentes, disciplinam Christia-
nam corripere - - - 87.

F.

Filius dei quomodo in symbole apostolico accipi-
atur, et quomodo Christo approbante, ab
Apostolis intellectus fuicit? 69. 70. 71. 73.

G. Gla-

Gla
Græc

Herm
Hieroc

Hiero
Hippo
Histo

Igna
Ignor
Fren

Justi

Luth
Mar

1. Praef.

38. 89.

60. 61. et.

18. et.

83.

5.

+ o. 41.

14.

1. 2. et.

id. Praef.

84.

1. 7.

Proicem.

14.

84.

64.

87.

ipi-
ab

1. 73.

G. Gla-

G.

Glaadi usus Christianis prohibitus - - - 87.
Præci quantum commodi adferant Reipub. Christiane - 81.

H.

Hermas seu Pastor ejusq; de Christo doctrina - 15.

Hierosolymitanus Christiani Nazarei dicti, cum
gravi errore ex semper tolerati fuere, et in-
ter Christianos alios eminuerent - 84. 85.

Hieronymus de Epistola Polycarpi - - - 25.

Hippolytus Martyr, ejusq; de Christo doctrina

Historice Ecclesiastica Scriptoris minus candidi
et valde suspecti - - - 55. 66. et seq.

I.

Ignatius, ejusq; doctrina - - - 1 21.

Ignorantia magna inter Sectas hodiernas - 83.

Irenæus de Herma pag. 18. de Clementis Roma-
ni epistola p. 20. de Polycarpo p. 28. ejus
de Christo doctrina p. 38. et seq. nimis ore.

Julius pag. - - - 119.

Justinus Martyr, Orphei versibus mixtus, senten-
tiam suam de nova Christi paulo ante mun-
dum conditum generatione confidentius pro-
ponere incipit - - - 12. 27. 28.

Ejus de Christo doctrina - 27. 28. 29. 30. et seq.

L.

Lutherani quoque pacem promovere debent - - 90.

M.

Martialis

Melito

Melitonis de Christo sententia — — — 62.
Mennonitae à reliquis Sectis erudientur et confirmandi - 92.
Metus hominum veritatem non admittit Vid. Peccati et 89.

N. Nazaræi. Vid. Ind. post. Vide Hierosolymitani. ep. 109. eec.
Negligentia proficiendi in melius — — — 86.
Niconi Patres. Vid. Episcopi in Concilio Nicæno.

O. Origenis Christianorumq; illius temporis publi-
ca de Christo Doctrina 56. 57. 58. 59.
Orphei versus — — — 11. 27.

P. Pacem Sectæ singula promovere debent, et quomodo? - 89. 90.
Cām detrectantēs judicium dei effugere negulunt - 92.
Paupertatis aversatio fidei defectum arguit — 89.
Perseguī alios Christianorum non est — 88.
et cur salvā conscientiā neminem fugi possim. ibid.
Petrum, Romæ fuisse Episcopum ibidemq; passim
et Clemens Episcopus Romanus, quem tam
Petri successorū fuisse narrant ignorat - 85. 119.
Petavius — — — 10. 15. et seq.
alicubi minus candidus, — — — 16. 67.
ejus ingenua de Veterum sententia, et
doctrina Confessio — 10. 93. 94. 95. 99. 60.
Platonici — — — 12.
Polycarpus, ejusq; de Christo doctrina — 24.
Pontifici ob contumaciam suam divinitz castigati 91.
quomodo pacem promovere debeant? 90. 91. 92.

Primitu.
Principi

Regnari
Remon.
Respon.
Roman

Sectæ

Simon
Socini

Superb.
Symbo

Tatian
Theolog

Tertul
Theoph
Thesis

Tracta

2.	Primatus Ecclesiae Romane confictus	—	85. 112. &c.
92.	Principii petitio	—	— 1.

89.

q. &c.

36.

R.	Regnare Christianorum non est	—	87.
	Remonstrantes quomodo pacem promovere debant	—	90. 92.
	Respondentis munus	—	1. e ² seq.
	Romana Eccles. Vide Catholicorum et Pontificum.	—	

S.

Sectae unde ortae sint	Vid. Pref.	
quid boni aetate habent	—	81.
quid in singulis emendandum est	—	83. e ² seq.
Simon Magus primus novi Christi auctor	—	10. 11. e ² seq.
Sociniani quomodo cum religiosis Sectis uniendo?	—	92.
cum iisdem ad Mennonitarum moderationem	—	
progressi debent	—	ibid.
Superbia in quo consistat?	—	86.
Symbolum Apostolicum	—	68.

T.

Tatianus ejusq; de Christo doctrina	—	36.
Theologorum hodiernorum incerta et vanas	—	
disputandi ratio	—	Vide Prefat.
Tertullianus ejusq; de Chro doctrina	—	42.
Theophilus ejusq; de Christo doctrina	—	34.
Thesis dubia contra manifesta veritatis regulas	—	
nunquam est urgenda	—	1. c ² seq.
Traditiones. Vid. Catholicus orbis. Veneres	—	67. 68.

q. Veri.

5. 119.

5. e² seq.

67.

60.

12.

24.

91. 92.

Præf.

V.

Veritatis contemptus	-	-	86.
Orbem catholicum errare fecit	-	Vide Praefat.	
eius invenienti ratio	-	ibidem.	
unica que sit?	-	ibidem.	
Veteres Ecclesiae doctores, etiam si multum seduciti,			
Christum tam non nungam Patri aequalis statuerunt,	-	-	14.

F IX I S F X O F C I S.

56.
efat.

h.
14.

S.

IRENSCUM IRENSCORVM CON-
TRACTVN,
Seu

Ulterior Deductio eorum, quæ in libro
hoc breviter tantum indicata fuerant;

Nec Index alter solus novum excudendi laborem pare-
ret, ei simul, postquam Auctor se quoque opere
preium aliquod facturum cognovit, si non =
nulla adhuc ad hanc matrem spectan-
tia adderet, secundum paginorum
libri ordinem subjuncta.

Ad pag. 70.] Explicationem nominis Filii Dei de-
Christo qua nomine, per totam ferè paginam hanc, alla-
tam, ei ex Scripturis varie probatam, obviis quasi ulnis
recipit quos ei agnoscat Petavius cum Pontificis aliis,
(ut Luthernos et Calvinianos nunc taccam;) adeoqz
monstratae veritati insigne testimonium reddit: ei in eo
tantum differt, quod Christum etiam secundum Divina
naturam, (quod tanen in questione adhuc est,) et proba-
ri prius si posset, debebat,) Filium Dei dici putet. Ita
enim Tom. W. Dogm. Theol. lib. 2. Capl. 5 s. ex seq. Pe-
tavius scribit: Ex illis porro, inquit, literarum sacra-
rum

Ad pag. 70.
De nomine.
Filii Dei.

102. *R E X I C U M R E X I C O R V M*

Ad pag. 70. rum testimonii expressissima sunt ista, quae in apellando dei
de nomi: Filio, non unam tantummodo Divinitatem inescant, sed etiam
ne filii dei. humanam naturam, quam hujus propria aliqua nota de-
signant. Sic Dominus ad Romanos Cap. 8. 32. scribens pro-
prium hic appellat Filium, qui pro nobis morti traditus e.
Xum alius est, quam qui mori potuit, et pati, quia homo,
Christus Iesu? Scimus, inquit Hadrianus Papa, quia
non est traditus secundum Divinitatem; sed secundum
id, quod homo verus erat. Illum nimirum, qui tradit
est, id est, hominem, ipsum Dominus proprium Dei Filium
protestatur. Angelus item Gabriel Virginem alloquens:
Hic erit, inquit, magnus, et Filius Altissimi vocabitur: ac
subinde: Proeloggis et quod nasceretur ex te sanctum, ait, vocabitur Filius Dei. Nam vocari apud Hebræos idem
est, atque esse. Ut Esa. 7. 14. Et vocabitur nomen ejus
Emanuel. Quin etiam (pergit Petavius) Pater ipse ce-
lestis semel iterumque hominem illum, quem coram morta-
les intuebantur, filium suum esse testatus est. Hic est Filius,
inquit, meus dilectus, in quo mihi bene complacui,
Mat. 3. 17. Et § 7. inquit porro Petavius: Petrus item
Matt. 16. interroganti Christo, quem se esse crederent, utiq-
cum ipsis ambulante, et pro homine se gerente; ex celo
lestitis Patris instinctu responsoit communi omnium no-
mine: Tu es Christus, Filius Dei vivi: et ob eam con-
fessionem illius, quem praedicarat, ore laudatus, ac pre-
mio donatus est. Et mox: Euculentum quoque, ait Pe-
tavius, illud est apud Joannem Cap. 9. 36. in historia cu-
rati hominis illius, qui à nativitate sua coecus fuerat, quando
hunc in templo sibi obvium interrogavit, Tu credis in Fiz-
- lum Dei? Et respondentem illo, quis est domine, ut cre-
dam in eum? Dixit ei Iesus: Et vidisti eum, et qui lo-
quitur tecum, ipse est. At ille ait: Credo Domine, et
procedens adoravit eum, etc. Tandem quoque Patres,

idem

idem
tarin
tem:
me ha
dissit
esser
sed
Filiu
enim,
oport
dotib
Hucu
suis, que
16. et
dici m
est, si
explic
stum, i
probat
de Ch
reddat
subject
hominem
Filiu
sus eti
versati
consta
cando
defensi
in quo
debere
scribun
et coll
sto na

idem secum sentientes, eodem modo loquentes, citat Pet. Ad pag. 70.
 tavius, et inter hos Trenanus, lib. 3. Cap. 20. ita scribat De nomine
 tem: (um Dominus), interrogasset discipulos Mat. 16. Quoniam filius dei.
 me homines dicunt esse filium hominis. Petrus cum respon-
 disset: Tu es Christus filius dei vivi, et cum laudatus
 esset ab eo, Quoniam caro et sanguis non revelavit ei,
 sed Pater, qui est in caelis: manifestum fecit, quoniam
 Filius hominis, hic est Christus filius dei vivi. Ex eo
 enim, inquit, capie demonstrare discencibus, quoniam
 oportet illum Hierosolymam ire, et multa pati a Sacer-
 dotibus, et reprobari et crucifigi, et tertia die resurgere.
 Hucusq; Trenanus, et ex eo Petavius. Qui, dum Catholicus
 suis, quos subinde citat, in locis Rom. 8. 32. vñc. 1. 35. Mat. 16.
 16. et Ioan. 9. 35. 36. 37. Christum quam hominem, Filium dei
 dici monstrat, quid, queso, aliud, quam quod a me dictum
 est, dicit? Nam partim explicationem a me dataam, suas
 explications a eos confirmat, ut dum in allegatis locis Christus
 tantum quam hominem, Filium dei dici monstrat, et
 probat, probareq; potest, eō ipso alteram illam sententiam
 de Christo, secundum naturam divinam Dei Filio, prorsus
 reddat suspectam, nulloque modo necessariam; partim vero
 subjectum semper attendi oportere. Clarissime docet, Christus
 hominem propterea Filium Dei dici assertens, quod is Christus
 Filius Dei dicitur, qui vel mortuus, vel natus sit, vel vi-
 sus etiam ab hominibus fuerit, inq; terris cum usdem con-
 versatus sit. In qua subjecti consideratione si semper
 constantes forent Christiani, quemadmodum quidem e-
 candor, et amor veritatis, et proprio sensu conscientia
 defensio id requireret, nullus sane in Scriptura locus est
 in quo non homini Christo Divina ista omnia adscribi
 debere viderent, quae alias Divina in Christo natura ad-
 scribuntur, immo ex quibus Divina natura unice elicetur,
 et colligitur: adeoque hoc quidem nomine, Divina in Chri-
 sto natura opus non esse ultro faterentur.

Ad pag.

I R E N I C U M I R E N I C O R U M

Ad pag. 73.

De Nazaræ, seu
Christianis Hiero-
solymitanis.

Ad pag. 73.] Apostolos Christum tantum hominem, naturam mortalem esse credidisse, huncq; Filium Dei ad fidem confessos fuisse, pag. 70. ostendunt est. Discipulos vero eorum, Christianos scilicet Hierosolymitanos, Nazaræos dictos, una cum Jacobo Apostolo, eandem fidei professionem retinuisse, propagasseq; citati à nobis Actores passim indicant. Ezechippus enim apud Eusebium lib. 2. cap. 23. Jacobum de Iesu, num vere Christus esset, à Scriptis et Pharisæis interrogatum, voce magna respondisse ait: Quid me interrogatis de Iesu filio (NB) hominis, cum ipse sedeat in caelo à dextris magnæ potentiæ, venturus sit in nubibus cali? Additq; mox Ezechippus; cum multis (hac confessione) esse persuasum, Scimus super testimonio (hoc) Jacobi glorificarent, ac dicerent, Hosanna Filio Davidis: tunc iterum Scribas, et Pharisæos inter se dixisse: Male fecimus, quia tale testimonium Iesu prostitimus; et ut populus timore cohibitus fidelium negaret, Jacobum protinus de pinna templi precipitasse, occidisseq; ait: hocq; de suo postremo adhuc addit Ezechippus: Hic testis et Iudeis et Gentibus vera fuit, quod Jesus sit Christus. In qua tota Ezechippi de fide et confessione Jacobi narratione sane nè vestigium quidem divinae alienus Christi præter humanam naturam, cerni, aut animaveri potest. Porro de reliquis Discipulis Hierosolymitanis, Nazaræos dictis, partim Epiphanius in her. 29. scribit, Nazaræos sicut (quos, cum errore suo de circumcisione, Baronius sub anno Christi 74. § 4. et 5. prout id ipsam et supra in libro hoc pag. miti 83. 84. 85. 86. à nobis, fuisse probatum est toleratos esse facetur in Ecclesia per illud tempus, quod legalibus usi sunt interdum etiam Apostoli, cum aliqua nimis rara occasio id postularet; neq; ab Ecclesia rejectos esse ait: imo nec à ceteris eo nomine distinctos fu-

ijje

CONTRIBUTVM

105.

esse scribit, cum Christiani omnes etiam Nazarei ab Iudeis Ad pag. 73.
 tum Act. 24. s. tunc Hieronymi quos tempore, quo Secta illa nata est. De Nazar-
 eorum similitate adhuc duxerit dicti sint. Scribit in- ratis, seu
 quam Epiphanius, Nazareos ex Apostolis producere Secta Christia-
 tores, Pellegrini et in Terraeorum regione, jam inde ab exci- nis Hieroso-
 dio Hierosolymorum reliquias exilibus Christianis Hieroso-
 lymitanis intermixtos vixisse, suos adhuc tempore dura-
 re, et Iesum esse Christianum predicare, circummissiones
 jactantes: partim vero de iisdem Nazareis ita testari
 Augustinus lib. 19. Contr. Faustum Cap. 18. Qui in ea in-
 quirit, perveritate manserunt, ut Gentes cogarent judaiza-
 re. Act. 18. ii sunt, quos Faustus Symmachianorum, vel
 Nazareorum nomine commemoravit: qui ad nostra tem-
 pora, vel in ipsa paucitate perdurant. Quid vero tri
 Nazarei de Christo senserint, Augustinus lib. de her. Cap. 9. et 10. paucis indicat: Nazarei, inquit Cap. 9.
 cum Dei Filium Confiteantur esse Christum, omnia tra-
 mem veteris Legis observant quae Christiani per Aposto-
 licam Traditionem non observare carnaliter, sed spiri-
 tualiter intelligere didicerunt. Et mox cap. 10. Ebionei
 ait, Christum etiam (NB) tanquammodo hominem dicunt.
 Mandata carnalia Legis observant, Circumcisionem scilicet
 carnis, et cetera, à quorum oneribus per Novum Testa-
 mentum liberati sumus. eccl. Hac Augustinus de Nazar-
 eorum Ebionaeorum doctrina. In quibus verbis parti-
 cula etiam, satis late mente Augustini explicat, Ebio-
 neos nimis similiter aciz Nazareos Christum tan-
 quammodo hominem esse dixerunt. Id quo Theodoretus
 quos lib. 2. Heret. Fab. Capite de Nazareis confirmat.
 Nam cum is in cap. praecedentibus de duplice Ebionita-
 rum genere (quis est Eusebius hist. Eccl. lib. 3. c. 27. de-
 scripsisset) egisset, quorum aliū Christum ex Joseph et
 Maria

F R E X F C U M F R E X F C O R V M

Ad pag. 73. e^z Maria, aliū verò de Virgine natum dixerant, hæc tandem
 de Naza= subjungit: Nazarei autem, inquit, sunt Iudei, qui Chri-
tais, seu stum tanquam justum hominem venerantur, &c. En sentiu-
 Christia- tiam Nazarocorum de Christo! Et sane, si res recte
 nis Hiero- expendatur, omnes illi, qui à Veteribus Ebionai dicti st^e
 solymita- (quorum scilicet aliū, ut Eusebius loco citato loquitur Chri-
 nis. stum simplicem et communem, ac propter inorum profectu-
 tanquam hominem tantum, justificationem, ex eis Viri et
 Mariae conuertidine, natum subsecarunt: aliū verò non re-
 gantes quidem, ex Virgine, ex spiritu S. natum esse
 Dominum, cum tamen nihilominus Deum ante carno-
 nativitatem confessi non sunt; et præterea juxtim cum
 prioribus illis Legi adhuc adhæserunt.) ex numero disci-
 pulorum Hierosolymitanorum seu Nazarocorum sub Pa-
 cobo fuisse videntur. Nam priores illos, qui Christum Jo-
 sephi filium eē existimarent, toleratos fuisse. inter Chi-
 stianos veteres, inque Ecclesia primitiva, (quemadmo-
 dum quidem eos tolerari quoque opus erat, eo quod myse-
 rium nativitatis ex Virgine Christo in terris conver-
 sante, adhuc occultaretur, neminiq; credendum propo-
 neretur,) tum exemplum Philippi Apostoli, aliorumq;
 de quibus pag. 82. hujus libri actum est, quizz cum fide
 hac à Christo recepti sunt.) tum locus Iustini Mart. in
 Dial. cum Triphone Iudeo, (in quo is suo adhuc tempo-
 re inter Christianos numeratos fuisse innuit, qui Chi-
 stum hominem ex hominibus natum dicebent, crederent)
 satis docet. De posterioribus igitur Christum ex Virgi-
 ne per spiritum S. natum esse credentibus, quizz magis
 faventem semper præ illis prioribus sibi habuere anti-
 quitatem, (prout id itidem ex Eusebio, Theodoreto, et
 Epiphonio in citatis locis appetat,) id ipsum multò ma-
 gis nunc credendum est, verumq; esse colligitur. Et
 quidni posteriores tri in primitiva Ecclesia fuisse to-
 lerati? quandoquidem Ecclesia ipsa ex eis potissimum
 consti-

constiterit, nullique, qui in ea Nasarei dicti fuerint, praeterea pag. 75.
 ter hos monstrari possint? Hoc vero, quia multis mirum,
 assertus durum sine dubio videbitur; plerisque scilicet
 Christianos Hierosolymitanos Ebionitos dicos fuisse,
 illustri Origenis lib. 2. contra Celsum loco, in quo Orige-
 nem quoque ipsum Christianos Hierosolymitanos, vix Pe-
 tro reliquisque apostolis ad certum tempus exceptis, ex no-
 mine appellasse apparebit, nunc probandum est confir-
 manum est. Ita ergo Origenes initio fere libri citati:
Celsus, inquit, ac fideles ex Judaismo conversos dicit, eos
 illectos, et deceptos valde ridendo modo a Jesu, relictis
 patriis institutis ac legibus transfugisse ac nomen aliud,
 rationemque vivendi longe diversam: ne hoc quidem intel-
 ligens, (NB) quod Iudei, qui in Jesum crediderunt, non
 desciverunt a patria lege, vivunt enim juxta eam (NB)
 paupertati sua Legis cognomines facti. Nam et Ebio-
 n pauper apud Iudeos vocatur, et (NB) Ebionae
 dicuntur, qui ex Iudeis Jesum pro Christo recepe-
 runt. (Si atq[ue] I'sa'ar & I'ns'r c[on]s XI. 5. 10. παρε-
 γένετο. Quæ verba Petrus ita reddidit: a cate-
 ris Iudeis, qui Jesum pro Christo reciperunt; ac si
 tantum a Iudeis illi Ebionae dicerentur, qui ex su-
 is Jesum pro Christo reciperent.) In quibus ver-
 bis Origenes diserte Iudeos, qui in Jesum credide-
 re, quales ferè omnes Discipuli Hierosolymitani fu-
 re, non descripsiit ait a patria lege; et hinc eodem
 pauperes, Ebionites vocat, vocarique dicit. Quid
 clarius? Imo, ut se nec aplos propius hic excludere
 ostendat Origenes, adeoque sententiam suam magis
 magis confirmat et explicet, Petri quoque exemplum
 protinus citat, et ait: Quin ex Petri's videtur longo
tempore juxta Mosis legem observasse ritus Iudei-
cot

FRENCVM FRENCOVM

Ad pag. 73. Cos, ut qui nonnum ex Iesu iudicerat à literali Lege
de Quada: ae spiritualem ascendere, id quod (adgit) ex Actis
reis, seu
Apostolorum cognovimus, Cap. 10. etc. Et postquam verba illius capituli citasset: Adverte, inquit, quomodo hic
Christia: probee ritus Iudaicos Petrus, adhuc observans discri-
nis Hiero:
solymita-
nis. men purorum et impurorum; atque etiam ex sequentib;
apparet visione opus ei fuisse, ut communicaret ser-
mōnem fidei cum Cornelio Homine alieno à cognatione
Izraēitarum. etc. Et mox allatō aliō Petri exemplō:
In epistola quoq; ad Galatas, inquit, Paulus ostendit Pe-
trum metu Iudaorum subduxisse se, à convivio Gentium.
Cūm enim venissent ad eum quidam à Jacobo, se-
cēsse à Gentibus circumcisos veritus, idemq; fecerunt
Iudei reliqui et Barnabas. Unde (adgit) Consenta-
neum erat, non deficere à Iudaicis ritibus eos, qui ad
circumcisos missi sunt. etc. Et tandem pluribus mon-
strat, hoc ipsim fuisse, quoq; Apostoli, dicente Christo
Joh. 16, 12. portare non valuerint, donec Spiritus ve-
ritatis eos in omnem veritatem delecturus, juxta pro-
missionem Iesu in Petrum venisset, dicens ad eum etia-
tum superstitione laborantem: Surge Petre, macta,
et manuca; et: Quod Deus purificabit, tu cave com-
mune, dixeris. Ex quibus omnibus quis est qui non vi-
deat, Origenem tum Petri, tum Discipulorum Hieroso-
lymitanorum, Gentium Convictum aversantium, exam-
plo id demonstrare voluisse, quoq; sibi contra (elsum
probandum sumpserat, nimirum, Iudeos qui in Iesum cre-
diderant, nulla ratione à Lege descivisse; sed secundum
eam adhuc vixisse? etiamq; quoq; simul concedat, et di-
cat, eos ita factentes Ebion eos, seu pauperes vocari?
Et proinde, teste, Origene, pleriq; Christiani Hierosolo-
mitani fuere Ebionei; adeoque Ecclesia primitiva Hie-
rosolymitana potissimum ex Ebionis, ab Eusebio lib.

3. hist.

illi, qui
lorum
juere.
dum est
onitarum
ctum es
posteri
quoq;
ptores
ciunt,
ptis, pr
et cont
memora
nomine
itidem
usque
deneq;
quidem
erossi
(proli
suis ei
cum di
Christo
ita ape
rent, o
et vita
Ebioni
erossi
testar

3. Cē
man,
or ad
tuit, f

3. hist. Eccles. c. 27. & supra, commemoratis, constitit, omnesq; illi, qui à Veteribus Ebionai dicti sunt, ex numero discipulorum Hierosolymitanorum seu Nazareorum sub Iacovo Iacobis, seu Iuere. Id quo nunc probari debuit. Et hinc nec dubitan. Christiacum est, commemoratos ab Eusebio sub nomine alicum Ebionitarum, veros esse Nazareos: quandoquidem, ut supra dicitur, nulli alii, qui Nazarei dicti fuerint, preter hos posteriores monstrari possint. Ob quidm causam omnes quoz Theodoreto antiquiores Historie Ecclesiastice scripores, quotquot scilicet istorum posteriorum mentionem faciunt, de Nazareis, velut jam sub horum nomine descripsit, prorsus tacent, easque commemorare supercedent: et contra quotquot eorum Scriptorum Nazareos commemorant, et describunt, posteriores illos, sub Ebionitarum nomine, adeo denuo quasi describere aut recensere, itidem prorsus omittunt. Hoc vero omnia, quo hucusque dicta sunt, illustri argumento nunc st, persuadeneq; 1. Omnes illos, qui Ebionai dicti sunt, re ipsa quidem ipsissimos fuisse Nazareos, seu discipulos Hierosolymitanos, verum, postquam sub Adriano Cæsare (prout pag. 85. hujus libri indicatum est) urbe et sedibus suis expulsi essent, aliqui Christiani ex Gentibus in locum dignitatemq; eorum succederent, qui se melius de Christo sentire credebant, ab his forte per contemptum ita appellatos, et praetereav, quos Legem adhuc observarent, observarique vellent, tanquam Hereticos rejectos, et vitios fuisse. 2. Euzebium quoz sub nomine Ebionitarum alicum, de Nazareis, seu Christianis Hierosolymitanis, pariter cum Augustino et Theodoreto testari, ipsos Christum tantummodo hominem esse dixisse. 3. Sententiam Nazareorum de Christo esse antiquissimam, Apostolicam, unicess veram, et per hos Nazareos ad Artemonitas usq; imò diutiū, prout superius patuit, fuisse propagatam. Ob quam antiquitatis veneratio-

F R E N G C U M F R E N F C O R V . N

Ad pag. 73.
 De Nazar
eis, seu
Christianis
huius Hiero-
lymitantur.
 rationem ex maiestatem factum quoque fuisse videtur, ut
 Nazarei non aquae ob hanc suam de Christo sententiam
 mox a succedentibus sibi Christianis fuerint damnati, re-
 jecti, et reprobati, ac ob Legis quidem nimis superstitionis
 observationem. Nam ob illam suam sententiam initio
 quidem nunquam eos damnatos, sed toleratos potius fuis-
 se appareret. Et ad stipulantur huic sententiae Autores
 gravissimi, Eusebius, et Hieronymus. Nam iste, etiam-
 si adhuc inclementer paulo, posteriores suos Ebionitas,
 seu Nazareos, eadem quidem, quam priores impietate, subver-
 sos esse ait: (per anathemata puta Christianorum re-
 centiorum,) ne tamen id propter illorum sententiam de
 Christo quospiam factum esse existimaret, mox correctio-
 nis quasi loco veram subversionis istius causam subjun-
 git: proserrim, inquiens, quameo et corporalem Legis cul-
 tum perinde atque illi sectari sacerdentes: indicans illos,
 nisi hac accessisset causa, aliquilii adhuc toleratos fuisse.
 Hic vero, (Hieronymus,) diserte Ebionitos ob solam Legis
 observationem a reliquis Christianis tandem rejectos
 esse scribit. Nam in Epistola II. ad Augustinum: (Corinthi)
 inquit, ex Hebion, credentes in Christo, propter hoc solum (NB)
 a parentibus anathematizati sunt, quod Legis ceremonias
 Christi Evangelio miscuerunt: ex sic novi confessi sunt,
 ut vetera non amitterent. Et pergit: Quid, inquit, dicam
 de, Hebionitis, qui Christianos esse se simulant? Usque
 hodie per totas Orientis Synagogas inter Iudeos haere-
 sis est, quae dicitur Minorum, et a Pharisaeis nunc usq[ue]
 damnatur: quos vulgo Nazareos nuncupant: qui cre-
 dunt in Christum Filium Dei natum de Virgine Ma-
 ria: ex eum dicunt esse, qui sub Pontio Pilato passus est,
 et resurrexit: in quem et nos credimus. Sed sum pro-
 lunt ex Iudei esse, ex Christiani: nec Iudei sunt nec
 Christiani. Hucusque Hieronymus, satis innuens, tum
 Ebionitas, tum Nazareos, ob solam Legis observatio-
 nem

CO^NT^IN^UA T^VM.

111

nem à Christianis alii primis suis reprobatis. Hinc sati- Ad pag. 73.
cer factum quod est, ut Epiphanius cum Augustino, in Naz De Nazar-
zareis, præter solam illam Legis observationem nihil pre- eay, seu
reprehenderit, et velut hereticum damnaverit. (On: Christianis
trè vero ex tota hac de Nazareis deductione id nunc
manifestum evadit, omnes illos Christianos Veteres, et
recentiores, quotquot sibi Nazareos, seu Ebionitas fu- Hierosolym:
isse concedunt monstrant^{qz}, nec tamen in sententiis de mitanis.
Christo cum illis consentiunt, contra seipso tum veriti-
testimonium reddere, tum quod sententiam ferre et pro-
nunciare: eo quod Nazarei ita, prout dictum monstra-
tum^{qz} est, nulli ali^e esse possint, quam veri Apostolorum
discipuli, eorumqz sententias haec in parte sequaces, et
propagatores. Id quod pag. 73. monstrandum fuit, mon-
strariqz hic o^mne debuit, ut vel in hoc de Nazareis,
seu Ebionitis dictis, exemplo clarissime apparat, quanto-
perè Ecclesias mox post illorum ex urbe Hierosolymic-
tana ejectionem immutatae fuerint, corrumptiz caper-
rint. Summae quippe perveritatis fuit, eos, qui Aposto-
licæ Doctrinæ testes, propagatores, et vindices hactenqz
fuerant, quique, etiamqz in nonnullis errarent, semper
tamen ab Apostolis tolerabantur, et profratribus, imò San-
ctis habebantur Rom. 15. 25. 26. 27. 31. pro Ebionitis et
hereticis habere, damnare, et proscribere, sequez contra,
hereses quam maxime reos, in locum istorum surrogare,
proqz Orthodoxis venditare; adeò, ut in hac tem-
pora verba et querela Egesippi omnino quadrent, que
in Eusebii historia Eccl. lib. 3. cap. 32. ita sonant: Igi-
tur ad ea usque tempora virgo pura et incorrupta man-
sit Ecclesia, ius qui sanum Salutaris predicationis Ca-
nonem corrumperet conati sunt, si tum aliqui fuerunt,
in obscura quadam caligine ad id usque temporis de-
litescentibus. Postquam autem sacerd^zorum chorus
differe-

112. F R E N G C V M F R E N F C O R V M

Ad pag. 73.
De Kara-
rais, seu
Christia-
nis Hieros-
olymitanis.

differentem sortitus est finem, et generatio illa præteruit,
quæ Divinam sapientiam ipsis abribus audire meruerat,
tunc impii erroris conspiratio per seductionem eorum, qui
alienam doctrinam tradebant, initium cepit, qui etiam
quoniam nemo amplius superstes erat ex Apostolis, jam
nudo vertice, contra veritatis prædicationem falsi nomi-
nis scientiam ex adverso prædicare conati sunt. Huc
verbis Egesippi: in quibus quam verè dicatur, ab eo
tempore, calumnem salutaris prædicationis corrumphi-
psisse, impiisque erroris conspirationem initium subcep-
se, partim jam monstratum est, partim vero mox in
sequentibus quoque monstrabitur.

Ad pag. 85. Vidimus in præcedentibus, quan-
ta temeritate Christiani Hierosolymitani ab ipso Ori-
de frustria genere Ebionite, adeoq; Heretici dicti fuerint. Quod sane
quesito Pri- matu Ecclesie insigne, impii erroris conspirationis initium fuit. Nam
clesiarum, hunc autorem secuti mode sunt magnô numero plures,
per deipes: Eusebius putâ, Epiphanius, Hieronymus, Theodoreus,
et alii, qui omnes illos Iudeo-Christianos Ebionitas di-
versolymita-
noꝝ ex Iudeis Christiani ex Gentibus deprimenter, deinceps existimatio-
ne sua dejicerent, variis artibus et technis usi sunt:
ceu ab ipsis è quibus hic duas tantum huc spectantes delibabo. Pri-
orrem vero Carolus Borius Episcopus Ostunensis, et
noratorum Constitutionum Apostolicarum Interpretis, jam suo tem-
pore. animadverxit. Nam cum constitutio olim aliqua
tangunt Apostolica haberetur, quâ Christiani ex Gen-
tibus jubeantur Pascha eo tempore celebrare, quo id
Christiani ex Iudeis celebrarent: unde Epiphanius
(prout verba ejus pag. 85. allegata sunt,) Apostolos osti-
cere voluisse sicut Christianos ex Iudeis principes ee-
post illas tempus, debereq; omnem mundum illis assu-
tini

tiri: &
tolera
prime
gō fa
lorio
et pr
teri
juben
nulla
roli
hic a
, S. ing
jam
notis
ea Ep
nos
Svetu
tenti
Apos
scha
tres
pro
ceu
cum
cons
ut ea
hic r
præ
firm
retis
mus
et P
Poly

CONTRADA I. V. M.

113.

tiri: visa est hæc constitutio Christianis ex Gentib, in- Ad pag. 85.
tolerabilis, scopo^gz suo, qui erat, Iudeo-Christianos de- De fœstra
primere, se ge^zle extollere, minime conveniens. Hoc ex- quæsio Pri-
gō faciunt: Expungunt hanc constitutionem, teste Hal- matu Eccl:
lotio in Vita Petri, e^z Carolo Borio paulo qn^e citato, depressio- giarum pec-
e pro ea planè contrariam substituunt, hancq^z pro re- nem Hie-
teri Apostolica venditant. Nam in hac nova cave- rosolyma-
jubentur, nē cum Iudeis Pascha celebrarent, eo quos tanorū ex-
nullam cum iis habere deberent societatem. Verba C^z Judeis Pri-
coli Borii ex Schol^z ejus in dictis constitutiones stianorum,
hic adscribere non pigebit. Ita verò ille: In Cap. 18. lib.
S. inquit, in quo traditur servandi Pasche, ratio nubil^z ceu ab ipsis
jam annotandum est, sed id totum potius delendum, ut Apostolice
notandum, ac novum; quos luce clarius perspici potest ex
ea Epiphani^z disputatione, quā utitur adversus Audia- honorato^m
nos imitantes in Pascha observatione. Iudeorum con-
suetudinem. Narrat enim Epiphanius Audianos sen-
tentiam suam defendisse, auctor ite constitutionis
Apostolorum, in qua cavebatur, nē alii calculum Pa-
scha, facerent ipsi, sed agerent Pascha quando (NB) fra-
tres sui de circumcisione. (nova verò constitutio hos
pro fratribus minime agnoscib, e^z communionem cum iis
ceu Hereticis habere prohibet,) agerent, atq^e in una
cum eis celebrarent, agnoscitq^z Epiphanius hujusmodi
constitutionem, etc. Et mox: Quare, inquit, tantum abest
ut ea, quæ in hoc capite legimus, Apostoli statuerint, (nota
hic mendacium in nova,) ut etiam contraria horum ab ipsis
præcepta videantur. Hanc verò sententiam suam ut con-
firmet: Præterea, addit, Orientales illi Iudaicum morem
retinente, nullam aliam excusationem, ut in Eusebio legi-
mus, adferrebat sue observationis, nisi quod Johanna
e^z Philippum Apostolos imitarentur, testabaturque.
Polycarpus Johannis Discipulus, se unā cum Iohanne
eo die

Ad pag. 85.
de febris
quesito Pe-
matu Eccle-
siaru per
depressio-
Hierosolyma-
taxorum
ex Iudeis
Christia-
norum, eis
ab ipsis Apo-
stolis hono-
ratorum.

eo die Pascha celebrasse. Neque mirum est (pergit,) Apo-
stolos in illis Ecclesiis, rurimentis eo die inter se egisse
Pascha, quô ipsi cum Domino egissent. Hinc porro consti-
tutione novitatis manifestè. convicta ita concludit: Qua-
re nova est constitutio, fortasse edita post Concilium Ni-
cœnum, in quo Pascha observatio ad eam rationem
redacta fuit, ut post æquinoctium Vernalum quartæ deci-
lunum primus esset, Pascha celebraretur, quos factum
est ea præcepit ratione. (NB) Nè Iudeorum Confetu-
tinem imitaremur, (en Patr. Nicænos, primos force
iterum Constitutionis Apostolicae violatores, fratreumq;
dilig, inò suscipi iussorum, osores ac depressostris),
neque bis in eodem anno Pascha ageremus, etc. Tandis
hanc materiam conclusurus Carolus Borius, ipsem et
non leviter impingit, dum viros pios Apostolicae Con-
stitutionis veiba delevisse, aliaque reposuisse suspic-
catur. Quasi vero viri pü esse possent, qui talia men-
tacia configunt, o dia Conciliant, bonaq; Constituti-
ones deflatant? Et tantum de priori fraude.

Altera à Christianis ex Gentibus ad deprimendos
Christianos ex Iudeis, gesegz extollendos, usurpata,
in eo commissa est, dum ad Primatum suis Ecclesiis
conciliandum, cœn quas omnes, vel Nicæni adhuc Con-
cilii tempore, ob antiquam Ecclesie Hierosolymitanæ
prærogativam, honore, hæc inferiores erant, habe-
banturq; ipsum Concilii Nicæni Canorem 7. Honoris
prærogativam Hierosolymitanæ Episcopo tribuentem
varie immutavunt, corruperuntq;. Nam cum ve-
rusta Exemplaria, et inter hæc Poldardi editio Parisi-
na, Clementis Recognitionibus anno 1544. addita, sa-
nonem ita proferant: Quoniam mos antiquus obtinet
et vetusta Traditione, ut Aelia Hierosolymorum Episco-

po pri
etc. in
in aliū
plane
Episco
quam
culiar
lib. 1.
scopo
gativa
prosou
mile q
cùm p
loci re
similit
sa sun
pro eo
ximè g
justus
patns
pus or
rosoly
tamen
tantum
selt si
dicatu
vero n
si fort
etiam g
lymis
antiqu
Patres
lymit
sum e
Hiero

po primus honor deferatur, habeat consequenter honorem. Ad pag. 85.
 Et. in Carranza Summa Conciliorum, quemadmodum quo^z de suis tra-
 in aliis recentioribus exemplaribus, vocabulum primus, quod sito Pri-
 plane expunctum & era sum est, ne scilicet prærogativa
 Episcopo Hierosolymitano antiquitus tradita, maneret, pressionem
 quam tamen et sensus verborum, certum aliquem ex pe-
 culiarem honorem indicans, e^r Ruffini exemplar, quo^z Hierosolymitano ex
 lib. 1. hist. Eccl. cap. 6. in Eusebio ita h^et: Et ut Epi-
 scopo Hierosolymorum antiquitus tradita honoris præro-
 gativa, servetur: genuinam fact^o, a eccl^z inviolatam
 prossus relinqui j^{ub}et. Sed ex prefatio Concilii Nicœni si-
 milis quis in deprimendo Hierosolymitanis attentavit. Nam
 cum prius dixisset, Hierosolymitanum Episcopum pro tanti
 loci reverentia ab omnibus haberi honorabilem, (quo^z verba
 similiter in Carranza Summa Conciliorum falsationem pas-
 sa sunt: (NB) quartam sedem Hierosolymorum Episcopo,
 pro eo, quo^z ab omnibus honorari debet ei tribuente:) ma-
 xime quo^z illic primus beatissimus Jacobus, qui dicebatur
 justus, qui etiam secundum carnem frater Domini nunciu-
 patus est, a Petro, Jacobo, e^r Joanne, apostolis, est Episco-
 pus ordinatus, (quo^z ipso convenienter quidem Cathedra Hiero-
 solymitanae prærogativam concedit e^r confitetur:) mox
 tamen mirabilem, & longe quasitam, in modo ad deprimendos
 tantum Hierosolymitanos excogitatum rationem, quare
 scilicet nihilominus prima sedes in Hierosolymis esse non
 dicatur, adfert, dum ita addit: Itaque (ex antecedentib;
 vero non hoc, sed longe aliud concludendum fuisse: ni-
 si forte hic sequentium verborum sensus e^r debet, ut
 etiam si merito e^r in rei veritate, sedes prima in Hieroso-
 lymis sit, prima tamen dici non debet, etc.) secundum
 antiquorum Patrum definitionem (equorum vero? Nam
 Patres quidem Nicœnos honoris prærogativam Hieroso-
 lymitanis illibatau adhuc e^r vobis, paulò ante ostend-
 sum est? Fictio itaq^z haec nova est!) sedes prima in
 Hierosolymis esse minime dicitur, ne forte ab infide-
 libus

Ad pag. 85. libus, aut idiotis sedes domini nostri Iesu Christi, quæ in defuncta cœlo est, in terra esse putetur, etc. Hem rationem! Ecce vero, si ratio hac alicujus erat momenti. Epiphanius hær. 78. primatu quæ est Antidicomarianitatum, expressè et elisertè ait, dicitur Eccliarum regis audet: Dominum Jacobo (Hierosolymorum Episcopo,) primo per depremptum summum in terra concredidisse. Et annon domini sionem Hierosolymam omnibus Episcoporum sedibus excelsior est, prius omnium sedium vel ab ipsis Idiotis esse cognoscitur? Ecce Clemens apud Eusebium hist. Eccl. lib. 2. c. 1. et Ruffinus cum Methodio apud Marianum Scotum fol. 351. scribit, Petrum, Jacobum et Ioannem, post assumptionem Salvatoris, quamvis ab ipso quos Domino alii essent prelati, gloriam tamen hanc (primatus scilicet, quemadmodum antecedentia et consequentia indicant,) sibi ipsis non vendicasse, sed Jacobum Iustum Hierosolymorum (ad eos primæ dignitatis et sedis) Episcopum constituisse. Unde et Celsostomus Homil. 3. in Acta, Discipulos Domini ex singulari modestia, Jacobo solium Episcopale concessisse, scribit. In Ruffinus loco citato Jacobum expresso Episcopum Apostolorum Constitutum dicere audet. Ecce denique, quarta tantum sedes Hierosolymitano Episcopo assignata est tandem, si allata ratio vera esset, et non tantum ad eundem deprimendum et ab existimatone sua deficientem excoquita fuisset? quandoquidem, si et secunda sedes ei tributa fuisset, rationi allata, satisficeri potuisset? Verum qui non adeo obsecrare est natus, aut hospes proximus in historiis horum temporum, facile, quosum haec tendant, sentit. Nam etiam, non tantum Christiani Hierosolymitani deficienti erant de statu suo et deprimendi, sed et per illorum depressionem primatus Ecclesiistarum querebatur. Quos tamen ut citra manifestam injuriam, citraq; vim, aut fraudes obtineatur, impossibile est. Nam cui, quo, Primatus ille dari posset potuisset, postquam is, prout modo monstratum est, Jacobo Iusto Hierosolymorum Episcopo

tum

tum à Christo ipso, tum ab Apostolis, datus concessus⁹³ esse tam manifeste dicitur? Ecquis Episcoporum in toto mundo est aut fuit unquam, ali ab ipso Domino, et ab Apostolis, Episcopatus datus fuisse, dicitur? quemadmodum id quidem de Jacobo testes indubitate referrunt Eusebius et Epiphanius. Prior enim lib. 7. hist. Eccl. c. 19. expresse scribit Jacobum Apostolum primum ab ipso Servatores et Apostolis Hierosolymitanas Ecclesias Episcopatus accepisse. Posterior vero tum in ante allegato loco, tum in hær. 29. quæ Nazareorum est, Jacobum à Christo Pontifice Episcopum constitutum eē iterum scribit, testaturque. Et proinde proorsus incredibile est, Petrum, quem admodum aliqui contendunt, Episcopatum, seu inspectionis Primatum alicui Romano Episcopo, vivo adhuc Jacobo Hierosolymitano Episcopo, cui primatum istum datum ab eodem fuisse vidimus, quippe etiam successores Apostolicè itidem electos habuit, Ioseonem nimicum, Iustum, et alios, de quibus Egesippus apud Eusebium lib. 3. c. 11. 20. et 32. et Epiphanius in hær. 66. quæ est Manichaeorum, videri possunt, vivo quoq; adhuc ipso Ioanne Aplo, quem usque ad Trajani tempora pervenisse Constantius Auctorum sententia est, dedisse, aut concessisse? cum praeter ea incertissima quoq; sint, immo falsa proorsus esse videantur, ex quibus hujus rei fides elicetur, petiturque. Nam enim Petrum Roma aliquando fuisse, quoq; tamen mox etiam falsitatis arguetur, num hinc protinus sequeretur, eum vel Lino, vel Clementi Episcopatus et inspectionis primatum dedisse? quandoquidem et alibi fuerit Petrus, nec tamen Primatus illius Ecclesie mox inde colligatur? Immo dedicerit etiam Petrus Romano alicui Episcopo primatum, id tamen Jacobo, qui non à Petro tantum, sed et ab Ioanne, alteroq; Jacobo Apostolo, immo à Christo ipso, originatus, et constitutus eē est, nihil adhuc derogaret. Sed quis

Ad pag. 85.
De festis
quæ sitio Præ: NB.
matu Ec:
clesiarum
per depres:
sionem Hil:
erosolymita:
næ ex du:
deis Chri:
stianorum,
cen ab ipse:
Apostolis
honoratur.

FRENORVM RENECORVM

Ad pag. 8r.
de penitentia
quasiito
Primatu
Eccliarum
per depre-
sione Hie-
rosolym-
tanorum
ex Iudei-
cupationem
Christia-
sebius ipsem
noru, cew
ab ipsis
Apostoli
honora:
torum

tandem fabulæ istius, quod Petrus Romæ fuerit, auctor pri-
mus præter Papiam apud Eusebium, lib. 2. Cap. 15. fangi, et
excogitari potest? Hic vero homo ab ipso Eusebio lib. 3.
Cap. 39. admodum modici iudicij fuisse, fabulosaque non-
nulla relationibus suis adiecisse dicitur, ut ei quidem fi-
des haberi nulla ratione possit. Et quod Cœmeteria aut
tabernacula Romæ ostensa sint Eusebii tempore, que num-
cupationem Petri & Pauli habuerint, (quemadmodum Eu-
sebius ipsem lib. 2. cap. 25. refert,) id non magis probat
Petrum Romæ fuisse, ibique vel docuisse vel mortuum ec-
quam Jacobum Apostolum ante decollationem suam in
Hispania fuisse, ibique docuisse, Compostellæq; jacere et-
iamsi Compostella nuncupationem ejus per multa secula ha-
buerit, habeatque. Nam si hæc Jacobi nuncupatio falle-
re potuit, fessellitq; quemadmodum id ipsum (quod quidem
Jacobi prædicacionem in Hispania concerbit,) Roderi-
cus Ximenius Archiepiscopus Toletanus, narrante
Baronio sub Anno Christi 816. in concilio Lateranen-
si Anno 1215, per Scripturas, Actaq; Apostolica fal-
sum ecce evicit, adeo ut ipse quoq; Baronus illius rati-
onibus expensis se in dubium revocasse fateatur, quo
in notis ad Martyrologium de adventu Jacobi in Hi-
sparias aliquando asseruerat: quidn̄ eī hæc de Pe-
tro falsa esse poterunt?

At sices: Receptiora hæc esse, quam ut facile ne-
gari debeant? Resp. Sine dubio et hic prædicti
Papiæ authoritas tanti estimata fuit, ut Ireneus, Ter-
tullianus, et alii, qui ad antiquitatem ejus, majorem mo-
nente Eusebio creditam, atque revera erat, respxer-
runt, errandi causam ab eo acceperint: quemadmodum
sæc. Eusebius Ireneum, et quam plurimos alios imagi-
naria illa ejus antiquitate inducos, millenarios etiam

quosdam

quosda
ros C
sti in
men in
bius m
alioru
ubi de
de so
fidem
solidi
manet
Ecclesia
Contra
ex Po
Paulus
comme
ipse ef
mittit,
perque
defens
Clem
tacitu
de qu
Epistol
inquit
Conver
exem
qui fis
tem us
bis ob
niguan
labore

quosdam annorum post resurrectionem mortuorum futuros credisse, recipisseque, fatetur, in quibus regnum Christi in hac terra corporaliter consistere debeat: quos tamen inter peregrinas et fabulosas Papiae doctrinas Eugenius merito censet esse refert. Favet suspicione de frenae, aliorumq; nimia credulitate, quod idem frenaeus alibi quog; ubi de aetate domini agit, traditioni suorum seniorum de 50 annis domini, quos habuisse dictus sit, nimis citè fiden habuerit. Vid. lib. 2. cap. 39. et 40. Quocirca nihil solidi est, quod pro petro adferri possit, sed incertissimum manet, eundem Romæ unquam fuisse; adeoq; præmatus Ecclesia Romana huic argto innixus sua sponte labascit. Contra vero argumenta Petrum Romæ fuisse negantia, easq; ex Scripturis petita, admodum manent verisimilia; ut qd Paulus toties occasionem habens Petri, si Romæ fuisse, commemorandi, de eo tamen processus tacet, quodq; Petrus ipse epistolam suam ex Babylone potius quam Roma mittit, ex qua ejus generis sunt alia, à multis satis superque, præsertonim vero à Sibaldo Lubberto tractata defensaque. Quibus tamen omnibus merito ipsum Clementis Romani de Petro silentium subiungitur, non tacituri, si Petrus Romæ fuisse, ibidemq; mortuus esset. De quo, ut eo rectius judicari possit, verba ejus nunc ex Epistola ad Corinthios adscribam. Ita vero ille: Sed, inquit, ut vetera relinquamus, ad proximos atlantes convertat se oratio nostra, et seculi nostri generosa exempla proponamus. Propter emulationem, et inuidiam qui fidèles et justissima Ecclesiæ columnæ erant, ad mortem usq; acerbam persecutionem passi sunt. Ponamus nobis oculos sanctoros apostolorum. Propter emulationem iniquam (NB) Petrus non unum aut alterum, sed plures labores sustulit, atque ita martyrium passus in debitum gloria,

IREN^IGVM IREXICORVM

Ad pag. 85. gloriae locum ascendit. (NB) Paulus propter emulacionem in
 defensione vincula septies conjectus, verberibus cæsus, lapidatus, patientia
 quæ sito præmium reportavit, et in Oriente ac Occidente verbi preaco
 primatus, illustrem fidei suæ famam sortitus est, in justitia mun-
 dum universum instruens, et ad occidentis terminos veniens,
 et sub Imperatoribus martyrum subiens, sic e mundo migra-
 vit, ex in locum sanctum abiit, patientia summa exemplar
 existens. Viris istis sanctè vitam instituentibus magna
 electorum multitudo aggregata est, qui supplicia multa ex
 tormenta propter emulacionem passi, exemplar optimum
 inter nos extiterunt. Hucusque verba Clementis. Nam ecquis
 credat, Clementem, si Petrus non semel, sed bis, Romanam ex ori-
 ente venisset, prout statuere coguntur, qui eum jam ante Con-
 cilium Hierosolymitanorum Romæ fuisse et docuisse assertunt;
 si primus Romanam Ecclesiam fundasset, erexitque, si cum
 Simone Mago Romæ certasset, si deinceps Romæ ex in Occi-
 dentale martyrium subiisset; Clementem, inquam, eumq[ue] Petri
 successorem, prout vulgo creditur, et ubi is tam Petri, quam Pa-
 li labores ex martyrum Corinthiis ob oculos ponere coepit,
 ne uno quidem verbo Petri in Occidentem adventum aut do-
 ctrinam fuisse indicaturum, sed eō quasi pro rorso neglecto
 breviterq[ue] tantum commemorato, vacuo tantum Pauli iti-
 nera ex adventum in Occidentem, eumq[ue] bis cum addita
 quoq[ue] doctrinae Pauli insigni commendatione, dependi-
 catum ex commemoraturum? prosertim cum non mi-
 nus illius, quam hujus exemplum, Corinthiorum animos
 commovere potuisset? Et proinde quām incredibile hoc
 nunc est, tam quoq[ue] incredibile est, Petrum Romæ unq[ue]
 fuisse, ibidemq[ue] Romano Episcopo, sive is unius fuerit, si-
 ve Clemens, (nam et de eo ipsi primatus assertores adhuc
 inter se contendunt, incertiq[ue] s[unt], aedog[ue] primatum illum
 vel hanc ipsam sua dubitatione aut ignorantia magis ma-
 gisq[ue] suspectum reddunt,) primatum contulisse: manetq[ue]
 adeo ratum adhuc firmumq[ue], Ecclesiam Hierosolymita-
 nam

nam principatum temporibus Apostolicis obtinuisse, huncq; ad usque Nicæni Concilii tempus, et quod excurrit, quemadmodum antea monstratum est, primo eidem tributo Iudeo-nore permanisse.

Nam non omnipotens mox post Hierosolymis ab Adriano Cesare ejectos Iudeo-Christianos principatus illius memoriam fuisse obliteratam, illud præterea docet 1. quod Patres Concilii Constantinopolitani apud Theodoretum lib. 5. hist. Eccl. cap. 9. non agnito ullo Romane Ecclesie primatu, Ecclesiam Hierosolymitanam omnium Ecclesiakum Matrem appellant, eigne se secundum veterem sanctionem (ut loquuntur,) ex definitionem Nicænorum Patrium Terrum Episcopum præfessum in literis ad Damasum Romanum, Synodusq; Romæ collectam indicant, hæc verba demum, primatui Romani Episcopi adversantia subjugentes: Quibus à nobis legitime ac canonice præfectis vestram quoq; pietatem delectari (NB) volumus: Non aliter scilicet atque Antiocheni Patres olim fecerant, qui primatum Romani Episcopi ignorantibus, depositoq; per provinciales Paulo Samosateno, in literis ad Dionysium Romanum, Maximum Alexandrinum, ex aliis orbis Episcopos, missis, ita apud Eusebium lib. 7. hist. Eccl. cap. 30. ajunt: Paulum excommunicavimus, ex alium in locum illius dominum videlicet, Episcopum constituumus, vobisq; significavimus, (NB) ut huic scribatis ex ab eo communicacionis literas accipiat.

2. Quod Hieronymus in Epist. ad Rusticum, ubi presbyterum non alium esse docet quam Episcopum, etiam si Romana consuetudo aliter ferret, in ejusmodi dubiis rebus non Romanam, (quam non obscurè carpit ex perstringit,) sed Hierosolymam potius, eamq; titulo Matris omnium Sanctorum decoratam, respicere jubet: Respi-

ce
Ad pag. 85.
De frustis
quæsito
primatu
Eccliarum
per depre-
sionem
Hieroso-
lymitanor
ex Iudeo-
is Christi:
amor, per
ab ipsis
Apostolis
honorato.

122. *IRENICVM IRENICORVM*

Ad pag. 52.
Defuncta
quasito
primatu
Ecclesiam,
per depre:
sionem Hi:
erusalem
ecclasi
tancum
ex Judaeis
Christia
norum, cew
ab ipsis
honorato
ce, inquit, Hierusalem, Matrem omnium Sanctorum: or:
natam Patriarchis, Prophetis, Apostolis, et Angelis Dei.
Ipsius consuetudinem sequere, ipsius Sacramenta cui
stodi. Nihil tibi sit commune, cum coeteris, (NB, hic
hanc obscurè Romanam Ecclesiam pestrinare, incipit
Hieronymus,) qui errorem suum illicita presumptione de-
fendunt: ex consuetudinis dicunt esse, quod non est. Nam
(addit) si aliquis nostrum præteriti temporis consuetu-
dinem possit agnoscere, probarem tibi hoc quod loquor
ab initio semper, cum Apostoli predicarent, in Ecclesiis
fratre servatum: ex postmodum odio singulorum viti-
ata aliqua, aliqua presumpta. Hucusq; Hieronymus:
A quo non longè quoq; abit tum Augustinus epist. 86.
ad Cæsaream, tum Firmilianus Cæsareae Cappadociæ
Episcopus celeberrimus, in Epist. 75. ad Cyprianum, post-
quam Stephanum Romanum falso Traditionem Apo-
stolorum allegasse dixisset, ita scribens: Eos autem, qui
Romæ sunt, non ea in omnibus observare, qua sint ab
origine, tradita, ex frustra Apostolorum auctoritate
pretendere, scire quis etiam inde potest, quod circa ce-
lebrando dies Paschæ, ex circa multa alia divina
rei Sacraenta, videat ex apud illos aliquas diversita-
tes, nec observari illic omnia æqualiter, (NB) qua Hi-
erusalem observantur. Indicans scilicet, Romanos
Episcopos quam maxime ab observatione Hierosolymita-
norum abivisse, et si quisquam propter traditiones reje-
ctas, incusari debeat, ipsos propter ea imprimis fore incusandos.

3. Denique, quod Ecclesia Orientalis secundū
morem Nazariorum seu discipulorum Hierosolymita-
norum Sabbati quoq; diem, idque ad nostra festa hui-
pora, festum egisse reprehendetur. Qua de re inter
alios Baronius sub A. C. 57. § 203. ita scribit: Non
tantum illud penes eos (Orthodoxos Orientales) intro-
ductu

ductum fuit, ut diem Sabbati absque jejunio ducerent, sed etiam
ut magna cum hilaritate, transigerent, sacrosq; conventus per-
inde ac ipsa die Dominica haberent. Sunt (adit) de ejusmo-
di institutione complura antiquorum testimonia in Clementis
Constitut. lib. 7. Cap. 24. et Socrat. hist. lib. 6. Cap. 8. Gregorius Ny-
tenus (inquit porro,) in ea Oratione, quan habuit adversus eos,
qui aegre ferunt reprehensiones, hæc eadem in hunc ferme mo-
num: Quibus oculis vides diem Dominicum, qui despiciatus es
Sabbatum? An nescis, quod hi dies fratres sunt? Quod si
alterum probro afficeris, alterum offendis. Et Anastasius Ni-
censis lib. quos. q. 77. Sabbatum, inquit, ei dies dominicus
sunt dies Sancti et festi, neque licet in eis jejunare. Sic
igitur (ait Baronius materia m hanc concludens,) Catholicæ
Sabbatum non secus ac Dominicum diem celebrandum esse ois
xerunt. eccl. non autem Iudaice, quod faciebant, ut scribit
Eusebius lib. 3. c. 21. Ebionæi. Et mox idem Baronius. Alia
tamen ex parte, inquit, Ebionæis favisse ipsa Orientalis Ecclesie
visa est: nam et hi pariter colebant diem Sabbatum atque Domi-
nicum. Hucusque Baronius, vestigia principatus Hierosolymitanorum in ipsa Catholicæ Ecclesiæ sat diu durantis, ostendens.

Nequis est, quos aliqui primatus Pontificium assertores
vel Clementis ad Jacobum fratrem Domini, Anacletiq; episto-
las, in quibus Romanus Episcopus supra omnes alios ab Apo-
stolis constitutus esse dicatur, vel Frenchi verba, qui lib. 3. c. 3.
potentiorum principalitatem Ecclesie Romanae tribuit, vel
Denique Victoris Romanirianis intentatau excom-
municationem urgeant. Primum enim epistolarum cita-
tarum testimonium adeo dilutum est, ut ipsimet Pontificium
ipsas quoque has epistolas pro apocryphis esse non authenti-
cias, immo mere confictis et supposititiis habeant; nomina-
tim vero Cusanus cardinalis, donationem Constantini
eodem quoque loco habens, lib. 3. de Concord. (ath. Cap. 2. ex-
pressè ita scribat: Sunt, inquit, meo judicio illa de Con-
stantini donatione apocrypha, sicut fortassis etiam quoddam
alia longa et magna scripta Sanctis Clementi et Anacle-
to Papæ attributa, in quibus (NB. Hic una nobiscum di-
gitum

de frustra
quæsito
primatu
Ecclæ
p. deped:
sionem
Hierosolym
mitanorum
ex Iudeis
Christia
norum,
ceu ab ipsi
apostoli
honorat
orum.

86.
vocab
n. post-
Apo-
m, qui
nt ab
xitate
ca ce-
sino
ersita-
ua & Hi-
manor
mita-
reje-
cundos.
curu
oymis-
re tlu-
inter
Kon
intro-
ductu

Ad pag 85. gitum intendere incipit Autor in suetas artes et fraudes Po-
 de fidelia tificiorum pro stabiliendo suo primatu, seseq; vel supra Eccle-
 quorūto siam Hierosolymitanam, ejusdemq; primum Episcopum
 primatu Jacobum Domini fratre impudentius extollendis: de quibus
 Ecclesie, eorum artibus jam supra quoq; pag. et seq. actum est.)
 p depress:
 sionem
 Hieroso-
 lymitanos
 Ex Iudeo-
 Chranor,
 cū ab ipsis
 Apostolis
 honorar-
 torum.
 volentes Romanam sevē plus quam Ecclesie, expedit et
 decet exaltare, (singendo scilicet prout Autor mox quoque
 innuit, Clementem fuisse Papam. Petrique, imo ab ipso Pe-
 tro ei suffictum in regenda Universali Ecclesia Successori,
 huncq; pro data sibi potestate ad dictum Jacobum Hiero-
 solymorum Episcopum scripsisse, eique nonnulla mandare
 et præcipere potuisse, præcepisseq;:) se penitus aut quasi
fundant: (en primatus Pontificiū fundamentum! ipsis Pontifi-
 cūs apocryphum, lubricum, & nullum!) moxq; idem Susanus
 scripta illa supposititia ecce argumentis non nullis porro pro-
 bat evincitque, Bellarmino eidem postea quoq; lib. de Script.
 Eccles. una cum Sexto Senensi in Biblioth. Sancti et alius
 a stipulante. Verba autem illius residua haec sunt: Nec
 inquit, in omnibus Veterum ante Augustinum Scripturis
 de illis prefatis epistolis mentio habetur; et etiam ipsa epiz-
 stola applicata ad tempus eorum Sanctorum, seipso (NB)
 produnt. Scribitur in Clementis epistolis, quomodo Papa
 fuerit, et Petri successor: Et post Petri mortem ad San-
 ctum Jacobum has (NB) fingit Scriptor mississe episto-
 las, qui fuit frater Domini, et Hierosolymorum Episcopus: qui
 tamen octo ante Petrum annos martyrio vitam finierat.
 Scribitur quoq; ipsum Clementem successorem fuisse Petro,
 et hoc idem in aliis, quae Sancto Anacleto adscribuntur. Quo-
 modo Sancti Viri Hieronymus, Augustinus, Optatus Mi-
 levitanus, et ceteri, qui omnium Romanorum Pontifi-
 cum catalogum posuerunt, hoc ignorassent? qui Clemen-
 tem non interserunt, vel saltem non immediate post Pe-
 trum ponunt: si istas epistolās que tunc vidissent, aut
 pro authenticis habuissent. Invenitur insuper (per-
 git

git ide
 Gotibū
 hæc Hi
 tempor
 quam
 ejusme
 consve
 et Dan
 Cardin
 de Con
 taxav
 teriti
 dum f
 citatā
 apocry
 his am

Alle
 ve arg
 frenel
 et pre
 hoc es
 les, co
 nam &
 mnes &
 et secu
 in reli
 Hæc e
 comple
 omniu
 verita
 vicen
 lumine
 2. mit

git idem (Cusanus,) in ipsis epistolis de Episcoporum à Sacerdotibus differentia, quæ longo post hoc, ut Hieronymo (NB. Ad pag. 85. De frustre
hæc Hieronymi supra quoq; indicata vide, ubi is jam suo tempore suppositias aliquas Romanensium consuetudines tan-
quam errorem, illicitamq; presumptionem taxat, et propter ejusmodi vitiata aut depravata aliqua unius Hierosolymæ. consuetudinem spectandam observandamq; esse monet.) et Damaso placet, in Ecclesia orta est. Hucusq; Cusanus cardinalis: qui, quod de eadem nobiscum materia, nimirum de Concordia Catholicorum, scribens, eadem hæc nobiscum taxavit, emendandazz Ecclesie proposuit, à nobis hic præteriti minime debat: quia potius vel per ipsum monstrandum fuit, primum pro primatu Ecclesie Romanae allatum citarum Clementis, Anacletiq; epistolam testimonium apocryphum esse, frustrazz Romanam sedem argumentis his ambiguis, prout ea Cusanus mox quoq; nominat, seget juvare.

Alterum ex Ireneo lib. 3. c. 5. aductum testimonium si-
ue argumentum itidem frustreum et nullum est. Nam si Ireneus per potentiorum principalitatem, de qua loquitur, et propter quam ad Romanam Ecclesiam omnem Ecclesiam, hoc est, (prout ipse met explicitat,) eos qui sunt uniques fideli, convenire, necesse esse dicit, indicare voluisse, Romanam Ecclesiam ab Apostolis primatum accepisse. Supra omnes orbis Ecclesias, ita ut propterea et sola infallibilis esset, et secundum ejus solius nuntum, iuxta et sententiam, omnia in reliquis orbis Ecclesiis fieri disponi, et doceri deberent, (hæc enim omnia primatus ille, de quo loquimur, in se complectitur, et continet,) 1. minime sibi is proposuisset, ex omnium Ecclesiarum successionibus doctrinæ fidicissimæ veritatem ac certitudinem contra Hereticos probare, dicendo: Sed quoniam ratiōne longum est, in hoc tali volumine omnium Ecclesiarum enumerare Successiones, et 2. minime quoq; post enumeratam successionem Episco-

porum

Pon-
ce-
m-
bus-
st.)
et
que-
Pe-
torum,
ero-
dare
uafi-
tifi-
us
pro-
cript.
litis
Lec-
uris
epi-
(NB)
Papa-
San-
pisto-
s: qui
nuerat.
Petro,
Quo-
s Mi-
ntifi-
mien-
t Pe-
aut
(perz-
git

quæ sitio
primatu
p. depre-
sidem
Hierosol-
ymitanor
Ex Iudeis
Chrancor
cen ab ipsi
Apostoli
honora-
torum.

Ad pag. 35. potum Romanorum, ceu in doctrina consentientium, tum
 De fidelia Smyrenensem Ecclesiam, cum Asiaticarum Ecclesiarum Successo-
 quosito sociis, tum deniqz Ephesinam, eamqz tanquam à Paulo
 primis fundatam, et à Ioanne per longum tempus exuditam, hu-
 Eccliarum, ic fini allegasset, addidisset, hancqz probationis vim ex
 p. depre- aequo quasi inter has tres distribuisset; 3. minime de-
 sionem in cap. seq. idem docuisset, disceptatione de aliqua
 Hierosolymitana: questione oborta, ad antiquissimas Ecclesias, in quibus Apeli
 conversati sint, (quocunqz iste ea forent,) recurrensum esse,
 cum ex ut decisio inde haberetur, sed potius unam tantum Romanam
 Iudeis Ecclesiam, ceu aliarum omnium caput, et quod sola infallibilis
 Chremos, esset, in omnibus his allegandam, unicèqz consulendam esse
 ceu ab ipsi Apo. statuisse, indicasset. Quocirca non alia ratione potio-
 stolis hoc rem principaliatem Romanae Ecclesie tribuit frens, noratores.
 quam quâ vel ipse eandem antiquissimam quoqz esse dicit,
 puta, inter suburbicarias Ecclesias, (prout Ruffinus a-
 pue Eusebium lib. 1. cap. 6. ubi Sextum Nicenii Concilii
 Canonem interpretatur, eas omnes appellat, quarum solici-
 tudinem Romana Ecclesia tum temporis gesserit,) non vero
 simpliciter, quandoquidem Hierosolymitana omnium pri-
 ma sit, antiquitateque omnes superet, etiam Romanam:
 vel quâ ipsi etiam Orientales Episcopi apue Sozome-
 num lib. 4. c. 8. Romanam Ecclesiam, nullo licet ejus agni-
 to primatu, amplitudine et multitudine Ecclesie abunda-
 re concedebant. Sed haec nunc, et alterum ex freno
 petitum pro primatu Ecclesie Romanae argumentum si-
 ve testimonium dubiu prossus, immo falsum esse docet, et vincunt.

Tertium pro primatu ejusdem Ecclesie argutum ex Vi-
 ctoris Episcopi Romani Asianus intentata excommuni-
 catione petitum, de quo Eusebius lib. 5. hist. Eccles. cap.
 25. agit, æquè infirmiter, atqz priora duo, illuc probat, quod
 probare debebat. Nam tantum abest, ut ex hac de Pa-
 schate controversia, ob quam Victor Asianus, diver-
 sum cur
 morem
 commu-
 omnes
 festi se
 Roman
 cula. s
 voluer
 in sente
 24. cla
 vicius,
 sentent
 tam in
 primat
 adeo ut
 hoc ipse
 cit. N
 clesie
 munica-
 tales, A
 sium, .
 cum O
 nicante
 potest,)
 mirum,
 commu-
 haberet
 Samos
 lib. 7. h
 sūs ali
 ad null
 terent,
 depositi
 to fact

sum cum antiquis Christianis Hierosolymitanis seu Nazarenis
morem in Paschatis celebratione sequentes et observantes, ex-
communicare conabatur, primatus Ecclesiae Romanae supra
omnes alias colligi possit, ut contrarum potius exinde mani-
festè sequatur. Si enim haec Asiaticæ Ecclesiae diversum à
Romana Ecclesia morem, diversamq; traditionem semper se-
cute sunt, si quoq; Victori se se nulla ratione subjiceret
voluerunt, prout Eusebius ibidem annotat, sed constanter
in sententia sua antiqua permanerunt, si deniq; ex cap. 23. et
24. clarissime appareat, Eccelas Asiaticas singularas in suis Pro-
vinciis, et seorsim à Romano Episcopo, Synodus celebrasse,
sententiamq; suam propriam de mota quodlibet, ecquis
tam ineptis in posterum erit, ut credat, Ecclesiam Romanam
primatum supra Orientis Orbisque universi Eccelas habuisse,
ad eo ut à nutu suo reliquæ omnes penderent? Neque vero
hoc ipsum intentata Asianis à Victore excommunicatione evin-
cit. Nam si solus excommunicationis actus primatum E-
cclesiae evincit, et Antiocheni Patres Samosatenum excom-
municantes, (de quibus supra pag. 120. actum est,) et Orien-
tales Antiochiae itidem congregati, et non tantum Athana-
sium, sed et mox ipsum quod Julianum Romanum Episcopum
cum Osio Confessore, aliisque multis deponentes et excommu-
nicantes, (de quibus Sozomenus lib. 3. hist. Eccl. Cap. II. legi
potest,) primatum illum supra alios omnes habuissent. Li-
mirum, conati quidem sunt nonnunquam hi vel illi latâ ex-
communicationis sententiâ, alios terrere, imo, si Principes
haberent faventes, eisdem etiam ab Officio deponere, (quod
Samosateno et Athanasio factum est, narrante Eusebio
lib. 7. hist. Eccl. Cap. 30. et Sozomeno lib. 3. Cap. 5.) Eccle-
sias alius ut plurimum sorbentes, ut à se excommunicatos
ad nullam communionem admitterent, neque literas illis mit-
terent, nec ab illis missas recipierent; id quod Samosateno
deposito, Julioq; Romano ab Orientalibus excommunica-
to factum est, Eusebius lib. 7. Cap. 30. et Sozomenus lib.

Ad pag. 81.
de festis
quodlibet
primatu
Ecclesie,
f de pres-
sionem
Hieroso-
lymitano-
rum ex
Iudeis
Chri-
stianis
cen ab
ipsis apo-
stoli ho-
norato.

Ad pag. 85.
De frustra
quæsito
primatu
Eccliarum
f. depeps:
Sionem
Hierosolymitanum
ex Iudeo:
is Christi:
anor, seu
ab ipsis
Apostolis
honorato:
rum.

3. cap. II. testantur: verum, non quod primatum supra alios ab Apostolis sibi traditum, haberent, id fecerunt, sed quod sibi potestatem hanc privata auctoritate arrogarent: cum alioquin primitus Ecclesie tantum ab Apostolis, ut Hæreticos vietarent, sibiq; ab illis caverent, monerentur.

Quocirca frustra jam sunt omnia argumenta pro primatu Ecclesie Romanae allata; et verum potius manet, quod supra citatus Cardinalis Casanus lib. 2. cap. 12. per ingenua confessionem indicat: nimicum, Episcopum Romanum tempore Concilii Nicæni, ex more omnium suorum (suburbicariorum) Episcoporum habuisse potestatem, paremq; Alexandrino ex more in suis relictam fuisse: adeoq; illum aquacum esse reliquis Patriarchis: (protogativâ scilicet honoris, prout et superius p. 115. patuit, soli Episcopo Hierosolymitano tradita, et relictâ:) Et videmus, inquit porro, quantum Romanus Pontifex (NB) ultra sacras antiquas observationes (NB) ex usu et consuetudine subjectionis obedientia hodie acquisivit. Nam id adeo certum est. Romanum Episcopum olim aliis tantum Episcopis aequalium fuisse, ut et Hieronymus in Epist. ad Evag. postquam in primitiva Ecclesia eundem fuisse Episcopum et Presbyterum monstrasset, contra quam Roma fiat, discribit ita scribat: Si auctoritas quonatur, Orbis major est urbe (Româ.) Ubicunque fuerit Episcopus, sive Romæ, sive Eugubii, sive (Constantinopoli, sive Regi, sive Alexandriae, sive Thianis; ejusdem meriti, ejusdem et Sacerdotii. Potentia viri facit. (Ceterum oes Apostolorum successores sunt: moxq; Romam urbium tantum aliqui nominans, cuius consuetudo non protinus legem toti Ecclesie faciat, hæc verba dñhuc addat: Quid mihi profert unus urbis confitudinem? quid paucitatem, de qua octum est supercilium, in leges Ecclesie vendicas? et Orientales Episcopi in Synodo Antiochenas congregati, (quos ipsum Iulium Romanum Episcopum cum aliis tandem excommunicasse, paulo ante dictu est,) apud Cœratem lib. 2. hist. Eccl. cap. 15. et Sozomenum lib. 4.

lib. 4.
Athia
recep
clesti
cante
os co
effet
bere
ne e
rum
sus
uere
tum
exoso
Quo
pos
ferri
tota
post
rum
suop
culca
nis,
rori
tire
Dem

mini
in C
prob
tu, j
dñs,
caen
riter
in C

lib. 4. cap. 8. Julio Romano vehementer reprobraverint, quod is lib. ad pag. 85.
 Athanasium et alios, à se ex Ecclesia ejectos in communionem de frusta
 receperisset, a deo, decretum ipsorum contra constitutiones Ecclesie
 ecclesiasticas, singulis provinciis propriam jurisdictionem vendi- quanto
 cantes, abrogasset; tandem addant, (NB) nec predecessores suos primacu-
 contradictione, quum Novatianus Romana Ecclesia pulsus Ecclesiarum,
 esset, nec se eam ob causam (respectu Ecclesie Romanae) de- fdepres-
 bere posteriores ferre, quod nec amplitudine, nec multitudine rionem
 Ecclesiae abundarent! Ex quibus horum omnium autore Hierosolymitanorum
 rum verbis nunc tandem satis constare potest, nihil pro- ex Iudei-
 sus est, quod aliqui primatum Ecclesia Romana tantoperi- Chranoz,
 ueserint. Nam non tantum clare hucusq; est fusè probatum est, primatum ejusmodi apocryphum est nullum est, sed Hierosolymitanos verius prærogativa olim aliquâ excelluisse. ceu ab i-
 Quod tamen non eo nomine dictum volo, ac si crederem, Episco- pfis Apolis
 pos Episcopis præferri debere, sed ut, siquidem aliquis præ- honoraz-
 ferri aliis deberet, digniorem Hierosolymitano neminem me in tota antiquitate, cuius hanc deductionem non minimam, neq; postremam partem esse judico, reperire innuam, et si in posterum sit, unde alius pro alio, allata Ecclesie suo prærogativa, suos adeo Apollo, vel Ephà, vel Paulò, etc. (novissim post Conculcatoz Veteres, sub isto titulo Confictis et introductis doctrinis,) contra alium infletur: 1 (Gr. 4, 6. utq; singuli potius errorum suorum commoniti est convicti humilius de se sentire, discant, diversa sentientes tolerare incipient, cumq; iit demum tum veritatem, tum pacem examinant, exosculeturque.

Ad pag. 87.] Ut clarissime probem, regni mundani administrationem cum eo spectantibus, ab universa antiqua Ecclesia in Christianis fuisse improbatam, Patrum citatorum loca, de prohibito Christianis gladii usu, odio, bello, militia, Magistratu, iudiciis capitalibus, terrenisq; possessionibus non adaman- dū, agentia, unanimenz illorum usq; ad ipsum Concilium Nicæum, et cœnum, in prohibitiones hac consensum fuisse testantia, bre: Apostolos viter hic nunc annexam. Primus enim Pastor apud Hermam ab univer: in Similitud. 1. eundem Hermam ceu Christianum longe a: sa primor: lib. 4.

seculoru*m* liliis legibus, quam c*ivilibus*. (Ethnicas ut plurimum superstitiones, ter-
 Ecclesia, renarumq*e* tancum possessionum, idq*e* per vim et arma conservati-
 in Chri-
 stianis
 improbat*m* onem c*ivilibus* suis rigide demandantibus,) regi ait, ex quoniam
 secundum c*iviles*, illas vivere non possit, ob id ipsum eum a prin-
 cipibus in repub*lic*a via toleratum i*re* innuit, monet*m*, ut propterea
 nec domos, nec agros sibi comparet, aut divitias appetat, sed
 ut sua potius agentibus exoget, reseque ita ad co*elestium* civita-
 tem inhabitandam pr*æ*paret. Clemens Romanus, quod tan-
 tum ad pacem Ecclesia sticam Corinthios in sua indulbitata Epis-
 tola adhortatus sit, hanc etiam fere unice inculcat. Porro
 Ignatius in Epist. ad Ephes. secundum exemplar Latinum, postquam
 solam patientiam et mansuetudinem Christianam, ex quo pro
 inimicis sit orandum, docuisset: Nihil, inquit, est melius pa-
 ce; in qua omnes bellum evacuatur co*elestium* et terrestrium;
 quorum nullum vos latet, si perfecte in Jesum Christum ha-
 beatis fidem et charitatem. Et Polycarpus in Epist. ad
 Philip. illud Christi et Apostolorum: Non reddentes malum
 pro malo. Et: Nolite judicare, ut ne*n*e*j*udicemini, ec. et: Be-
 ati pauperes spiritu, et qui persecutionem patiuntur propter
 justitiam, una cum longe proscribenda avaritia, (eo quod
 nihil in mundum inculerimus, ne*n*e*s* auferre possimus,) omnis
 iracundia, semper tantum inculcat. Rursus vero Justinus
 Martyr in Apol. II. pro Christianis: postquam dixisset, Chri-
 stianos facultates suas in commune conferre, et cum indi-
 gentibus quibus*m* communicare. (NB) ab odio vero et cœdib.
 jurementisque abstinere, et pro inimicis orare, eosq*e* id a Christo
 i*ussos* esse, illius verbis mox allegatis prolixè monstrau-
 set, cen qui et thesauros in terra recondere, una cum solici-
 tudine, de victu et amictu, quemadmodum et irasci, prohibue-
 rit: his demum sequentia de contrario modo, et more vi-
 ventibus Christianis subjungit: At enim, inquit, qui non
 ita vivere compiriuntur, sicut ille (in allegatis puta ab ipso
 verbis,) docuit, certum id documentum est, non esse Christi-
 anos, quamvis doctrinam Christi lingua profiteantur: (Hic
 aures nunc arrigit*m* Christiani! et Christianam disciplinam
 vel per hos Veteres, oratione allegatos allegando*m*, dicite!) Non

Non enim profitentes tantum, sed operibus simul professionem confirmantes salvatumiri dicit. Sic enim ait: Non quisquis mihi dicit, Domine, Domine, introibit in regnum cœlorum, sed qui fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis est, etc. Hucusq; Justinus Cujus coetanens Athenagoras in Apol. pro Christianis, fere in initio, ita sub persona Christianorum sui præcedentioris temporis loquitur: Haec (facultatum nostrarum honorisq; Damna) etiam si vulgo maximi fiant, Contemnere solemus. Non solum enim si vaporemus, reverendis verberibus abstinere: et ius, qui nos, nostrazz invadunt, aut diripiunt, item nullam intehdere dicimus: sed insuper illis, quamvis colaphum inflixerint, altera quoque capit is partem præbere: his vero si tunicam abstrulerint, pallium etiam addere. Et sub finem ferè: Quomodo, inquit, quisquam vel homicidū, vel humanarum carnium epulatiois insimularet illorū (Christianos innuit,) quos (NB) nè justè quidem occidēti hominis supplicium intueri velle aut posse cognoverit? Quis non spectacula illa, in quibus gladiatores et bellatas populo, præsentim vos Imperatores exhibetis, maxim facit? Quo vero non ita multum, sive spectator sit aliquis, sive auctor cœdis, interessē juicantes, alieno ab his spectaculis animo sumus. Quomodo igitur, qui nè quidem quæ ab aliis fiunt, nè quid inde sceleris, et piaculi in nos redundet, videre sustinemus, homicidium commitemus ipsi? etc. Et Theophilus Athenagoræ successor, lib. 3. ad Autolycum, commemoratis Christi de perfectione castitate, inimicorumq; dilectione, præceptis, ad eundem ferè modum: Nunc, inquit, vide, an hi qui talia docentur, taliaq; discunt, possint more brutorum animalium vivere, et pollui nefariis commixtionibus: que possint, quod quidem omnium inmansimū est, carnes humanas attingere? præsentim cum (NB) etiam monomachias spectare, nobis interdictum sit, nè videlicet participes hujusmodi cœdium reddamur. Hujus aequalis Tatianus in Orat. contra Græcos, sub persona Christiani: Nolo, inquit, regnare, non libet ditescere, militarem præfecturam apicenor, scortationem odi, navigare per avaritiam non cupio, certantium coronas non desidero, etc. Tatianum sequitur Prenaus, qui lib. 4. adv. heret. cap. 27. expresse quoz ita scribit:

Domini

Ad pag. 87.
de Iisu
gladii, bel-
lo, militia,
Magistra-
tu, ex post
Chri, et
Apostolos
ab univer-
sa pri-
mocum
seculorum
Ecclesia
in Chri-
stianis
imperto.

Dominus pro eo, quos est, Non Machaberis, non concupiscere, precepit: et pro eo, quod est, Non occides, neque irasci quidem, et pro eo, quod est, Decimare, omnia qua sunt, pauperibus divedere: et non tantum proximos, sed etiam inimicos diligere: et non tantum bonorum datores, et communicatores esse, sed etiam adversus eos, qui tollunt nostra, gratuitò donatores. Tollenti enim tibi rusticam, remitte ei et pallium, et ab eo, qui tollit tua, non reposcas etc. Et cap. 67. idem Irenaeus ait, Christianos, postq[ue]m Ch[ristus] pacem annunciarunt, et Apostoli ab Hierusalem exentes eam docuerunt, secundum prophetiam Isa. 2. gladios et lanceas bellatorias in aratra fabricasse, et (NB) fam nescire pugnare, sed percosso et alteram maxilla præbere. Porro Tertulliani ex Apologet. cap. 21. citatus, et pag. 87. descriptus locus, ita integrè habet: Ea omnia (miranda Christi acta) super Christo Pilatus et ipse jam pro sua conscientia Christianus Cesari tum Tiberio nanciavit. Sed et Cesares credidissent super Christo, si aut Cesares non essent seculo necessarii, aut si et Christiani potuissent esse Cesares.

Et cap. 46. ita loquitur Tertullianus: Christianus nec in pauperem superbit. Et si de modestia certem, ecce Pythagoras apud Thyrion, Zeno apud Prienenses grammidem affectans; Christianus vero (NB) nec aedilitatem etc. Hippias dum civitati iniurias disponit, occiditur; hoc pro suis omni atrocitate dissipatis, nemo unquam Christianus tentavit. Et hic mox illa verba subjungit: Sed dicet aliquis, etiam de nostris excedere quoddam à regula (recte) discipline: respondetque: Desinunt tum Christiani haberi penes nos. Quod iterum à Christianis notari velim! Idem Tertullianus lib. de Idololat. c. 17. et 18. Proxime disputationem subortam esse ait, (forte à Christianis mundane glorie jam addictionibus,) an servus Dei alicuius dignitatis aut potestatis administrationem capiat, si ab omni specie Idolatriæ intactum se, aut gratia aliqua, aut astutia etiam prestare possit: secundum quod et Joseph et Daniel mundi ab Idolatria, et dignitatem et

poteſt.

potes
toti
circu
nequ
Chr
quod
hinc
tia,
in p
tine
II. 8
nist
huj
dixi
qui
va.
Nam
vus,
secu
mini
tuo
Si p
bus
cons
suis
qua
Dei
puri
rati
cass
que
dam
nin

potestatem administraverunt, in ornamento et purpura extitore, Ad pag 81.
totius Aegypti sive Babylonie? ex postquam honorem hunc satis De usu gla-
 circumscripsisset, ita ut nec Ethnicae superstitionis quipiam, ou, bello,
 neque juramentum ullum, neque ulla capitalia iuricia, aut vim militia, Mai-
 Christiano permetteret; (quod adeo clarum est, ut Pamelius gistratus
 quoq; in suis ad hac Tertulliani verba notis ita scribat: Tunc posse Cbrm,
 hinc, tum cap. 19. videtur Tertullianus in ea fuisse senten- lez dplorad:
 tia, Christiano non fuisse licita capitalia iusticia, etiam in potestate seu Magistratu Constitutus esset. etc. Quo per- vide & p^r.
 tinere videtur illud, quod h^ec infra lib. de Coron. milie cap.
 11. Et vincula et carcerem, et tormenta et supplicia admi-
 nistrabit?) imo postquam Daemonia Magistratus esse seculi
 hujus, unius Collegii insignia, fasces et purpuras gestare,
 dixisset: Nam nunc, inquit, quid de Joseph et Daniel ar-
 guentariis, scito non semper comparanda esse, vetera et no-
 va, rудia et polita, cepta et explicata, servilia et liberalia.
 Nam illi etiam servi conditione erant: tu vero nullius ser-
 vus, in quantum sohuis Christi, qui te etiam captivitate
 seculi liberavit, et formam dominicam agere debebis. Ille go-
 minus in humilitate et ignobilitate, incessit domicilio ince-
 tuo etc. vestitu incultus etc. Vultu deniq; et aspectu inglori, etc.
 Si potestatem quoq; nullam ne in suos quidem exerevit, qui-
 bus sordido ministerio functus est: si Regem se deniq; fieri
 conscientia sui regni refugit: (NB) plenissime dedit formam
 suis dirigendo omni fastigio et suggestu tam dignitatis
 quam potestatis. Quis enim magis his usus fuerit quam
 dei filius, quales et quanti eum fasces producerent, qualis
 purpura de humeris ejus floret, quale auxum de capite
 radiaret, nisi gloriam seculi alienam et sibi, et suis iudi-
 casset. Igitur quae noluit reject, quae reject damnavit,
 quae damnavit, in pompa Diaboli reputavit. Non enim
 damnasset, nisi non sua: alterius autem esse non possent,
 nisi Diaboli, quae dei non sunt, etc. Et mox Cap. 19. mi-
 litia

NB.

NB.

NB.

Ad pag. 87. litiam quos illitam esse docens: Quomodo, inquit, (fidelis) bel-
 labit, immo quomodo etiam in pace militabit, sine gladio quem do-
 minus abstulit? Nam eti adierant milites ad Iohannem, et
 formam observationis acceperant, si etiam centurio crediderat:
 omnem postea militem dominus in Petro exarmando discinxit.
 Similia, ipso quoq; Pamelio, prout dictum est, fatente, habet Tertullianus lib. de Coron. Milit. cap. II. ubi ita ait: Credimusne li-
cere ejerare Patrem et matrem, et omnem proximum, quos e
Lex honorari, et post Deum diligi precepit? etc. Licebit in gla-
 dio conversari, domino pronuncianti: Gladiò peritum qui
 gladiò fuerit usus? Et prælio operabitur filius pacis, cui nec
 litigare conveniet? Et vincula et carcerem, et tormenta,
 et supplicia administrabit, nec suarum ultiæ injuriarum?
 Et postquam militiam cum variis semper scandalis et peccatis
 necessario conjunctam esse monstrasset, eaque ex parte enu-
 merasset, multa adhuc talia ostensi posse indicaturus: Quan-
 ta alia, inquit, in (NB) delictis circumspici possunt castren-
 sium munium, (NB) transgressioni interpretanda? moxque
 rem quasi conclusurus tandem addit: Ippum de castis lucis
 in castra tenebrarum nomen deferre, (NB) transgressio et et.
 Ut vel ex his ultimis verbis appareat, Tertullianum aliosq;
 veteres, etiam si nonnullos ex Christianis una cum Ethnies
 militasse, munieris res passim administrasse, alicubi, vel
 contra objectionem de Christianorum in republica iniuti-
 litate, vel ad ostendendum Christianorum ad resistendum
 vires, si vel bello se adversus persecutores defendere, ali-
 osq; contra disciplinam suam occidere, quam secundum eam
 occidi maluissent, annotent: (Vid. Apologet. Tertulliani (ap.
 37. et 42.) hos ipsos tamen non mox approbabat, proq; veris
 Christianis habuisse, sed in transgressorum censum re-
 tulisse, adeoq; quemadmodum conceptum utero dissolventes, aut
 tanistas, homicidis annumeratos, (de quibus Tertullianus Apo-
 logeti. cap. 9. et lib. de Idololat. cap. II. agit,) ab Ecclesia arcuisse.
 Porro his Tertulliani consona sunt, qua idem Tertullianus

lib. de patientia cap. 6. et 7. et lib. de Idololat. cap. 11. et 12. habet Ad pag. 87.
 ubi et pecuniarum contemptum exemplo Christi inculcat; immo, bona quod vendenda esse indicat. Tertullianum excipit Clemens Alexandrinus, qui postquam in Exhortatoria Orat. ad Gent. gladii, bello, militia, Magistratus, et post Chrem, et Apostolor ab universitate primo: secundo: rum Ecclesia in Christianis imposito.
 bella et coedes in Ethnici taxasset, tandem ita loquitur: Ter-
 rifica quidem tuba classicum canens congregat milites, et bellum denunciat: Chrs autem pacifico modo in fines terrae inspirato non congregabit suos milites pacificos? et. Arme-
 mur pacifice. Ita nos Apostolus Eph. 6. ordinat pacificè.
 Clementem sequitur Origenes, qui non tantum, ut Iustinus, Fre-
 næus, Tertullianus, et alii, Christi doctrinam Mosaicis Sancti-
 onibus de bellis et iudicis Capitalibus opposit, hasq; pex illa
 Christianis nunc illicitam esse docet, Homil. 12. et 13. in Josuam,
 et lib. 7. contra Celsum, (ubi et locum Mat. 6. 25. ita intelligi
 posse ait, non esse distendendam animam variis de cibo excul-
 tu solitudinibus, sed frugalitati studendum cum fiducia, qd
 Dens provisurus sibi, qui necessarii sunt contenti.) Sed et
 Christianos sui temporis à bellis, Magistratu, glorio, judi-
 ciis, capitalibus, prorsus abstinere, ibidem, quemadmodum
 et lib. 8. Cont. Celsus, scribit, immo (quos contra eos notandum est, qui tum quidem Caesaribus propter diversum impe-
 riū statum Christianis esse non licuisse concedunt, deinde
 vero difficultate hanc sublatam forte fuisse contra antiquo-
 rum istorum sententiam vane augurantur,) Romanos Princi-
 pes, si eos, per hanc Christianorum doctrinam persuasos,
 Christianos fieri contingere, quemadmodum id Celsus objici-
 ebatur, nihilomagis tunc armis carnalibus pugnaturos, sed so-
 lis spiritualibus, precibus scilicet et pietatis dictibus aliis, sego-
 defensuros esse, defensumq; à Deo iri, et nec vel hostes habitu-
 ros esse, protegente illis Divina potentia, respondet. Preca-
 ti, inquit, in Romano Imperio unanimiter, multo plures ho-
 stes infestos profligarent, quam Moses Exod. 14. 14. tum de-
 ricit, ope Divina impetrata suis suorumq; precibus. Et
 mox:

3) bel:
 m do-
 m, et
 siderat:
 inxit.
 bet fer-
 one li-
 s et
 t in gla-
 rum, qui
 ui dec-
 renta,
 arum?
 peccati
 enu-
 : Quan-
 stren-
 orque
 / luci
 o et. et.
 affligr.
 thngis
 , vell
 inuti-
 stendum
 re, aliz-
 dum eam
 liani Cap.
 veris
 um re-
 entes, aut
 nos Apo-
 arcuisse.
 ullian.
 lib. de

Ad pag. 87.

136. FRENICVM FRENCICORVM
mox: Romani vero, inquit, si (ut Celsus fingit) populariter crede-
rent, precibus victores ne haberent quidem hostem, protegente-
illor divinâ potentia. exc. Libro vero 7. cont. Celsus sit: Chri-
stianorum ritu vivendo non poterant (Iudei) juxta Mosis legem,
vel in hostes servire coeribus, vel (NB) in sententia justa damnata-
tos, lapidibus populariter conjectis anima revertere, aut ignis fu-
picio, exc. Quae Origenis verba sententiam ejus, in locis ci-
tatis proximis videndam, satis indicant. Ab Origene
ab univer-
sa Eccl.
in Chri-
stianis
imperato.
trans eo ad Cyprianum, qui in Epistola ad Demetriadem
ita loquitur: Quamvis nimius et copiosus noster sit populus,
non tamen adversus violentiam se ulciscitur, patitur. Agme-
tandem Patrum Veterum ante Concilium Nicenum Clau-
dat Lactantius, qui lib. 6. de vero cultu disertè ita scribit:
Non enim cum occidere Deus vetat, latrocinari nos tantum pro-
hibet, quo ne per leges quidem publicas licet, sed ea quoque
ne fiant, monet, qua apud homines pro licitis habent. Ita
neque (NB) militare, justo licebit, cuius militia est in ipsa ju-
stitia; neque vero accusare, quenquam crimine capitali:
quia nihil distat, utrumne ferrum, an verbô potius occiso
ipsa prohibetur. Itaque (adit) in hoc dei precepto sul-
lam prorsus exceptionem fieri oportet, quin occidere ho-
minem sit semper nefas, quem Deus sanctum animal esse
voluit. Hucusq; Lactantius, cum Christo et Apostolis, to-
tague, ut patuit, antiquitate. Unde quis non vehementer
miretur, immo doleat, tum Patres Nicenos, prout Seldenus
pag. 87. citatus ex Eutychio Patriarcha Alexandrino
refert, defensionem fideli per arma carnalia, Constantino
M. demandasse, adeoq; gladii usum contra totam antiqui-
tatem approbasse; (inde enim mox factum quoq; est, ut
et Episcopi in ipsis carnalibus bellis Constantino Impera-
tori adhacerint, unaq; cum ipso, prout Euseb. lib. 4. de Vita
Constantini Cap. 6. loquitur, et testatur, se (NB) militatu-
ros esse profecti sint, et praeterea Romanus Episcopatus
teste Socrate lib. 7. hist. Eccl. Cap. II. perinde agit Alexan-
drinus

drinus, (NB) ultra Sacerdotū limites ad extēnum dominatum
progrexi cōfēxit; quum potius omnino ab his, qui quā Chri-
sti sunt, sapiente, cōdes, pugnas, ex hujusmodi alia, aliena
esse debere, ipse met Socrates Cap. 15. ex occasione, facinor
is ab Episcopo Alexandrino commissi, recte adhuc cum Hi-
eronymo et Augustino, aliisqz in indice allegandis, fateatur:
tum Catholicos quoqz hodiernos, Traditionum alioquin te-
nacissimos, manifestum illum Patrum antiquissimorum usqz
ad ipsum Nicæni Concilii tempus consensum prorsus desexe-
re et posthabere? Et an non vel hic quoque impiu erroris
conspiratio, ut cum supra citato Egesippo loquar, satis
cerhi potest? Emendanda igitur et hac! adeoque
ad Mennonitarum moderationem, prout in Corollario in-
dicabatur nobis necessariò tandem erit deveniendum, descen-
dendumque.

Ad pag. 87.
de usū gla-
bi, bello,
militia, Ma-
gistratu, ec.
post Chrm.
et 2ptos
ab univer-
sa primor
seculorum
Ecclesiar
in Christi-
anis im-
probato.

F. I. C. S.

M
tific
Lat
he
Nisi
me
mi
six
que
Cip
Ecc

int
etia
enim
nat
cis
Pat
fue
mai
res
ra
ra
vix
ut
hot

Monitos velim Lectores, ut in Patrum lectione sibi carcent a Pontificiorum editionibus et interpretationibus, in primis Antwerpientibus. Nam si haec bona sunt, aliæ certè quavis meliores: et si aliae maledicuntur, haec peiores sunt. Nec unquam Patres deteriores edunt Romanenses, nisi cum se meliores edere putant. Omnia autem fidelissimas, meo iudice, sunt Editiones Basileenses, in primis quae opera Erasmii prodierunt. Pessimas sunt Editiones Pontificis recentiores. Nam Sextus Senensis Bibl. S. epist. dedicat ad Pium V. Expurgari, inquit, curasti. Beatisime Pater, omnia Catholicorum Scriptorum ex predictis Veterum Patrum scripta. Christoph. Sandig in Nucleo Hist. Eccl. de veterib. Scriptor. Ecclesiis. pag. 19.

Patrum Scripta non possunt pro fidei regulis recipi; I. Quia non est inter ipsos consensus. II. Singuli erroris expectantes non fuerunt, universi etiam conjunctim, ut partes, iisque erroribus fuerunt obnoxii; ex partibus enim corruptibilibus non nisi tale totum. III. Ex tribus primis a Christo nato sculis vix duodecim Auctorum Scripta habemus, easq; multis in locis depravata, aut falso iis, quos nomina praesepe sunt attributa. IV. Patres illi, quos lucubrationes supererunt, fecerunt tabulam Graci et Africi fuerunt. V. Pauci inter Ecclesie Athistites fuerunt, qui Scriptis aliquid mandarunt, prae iis, qui nihil scripsierunt. Nec semper in coeternis meliores fuerunt, sed potius magis contentiosi, et valentiores. VI. Tam obscurae sunt Scripta Patrum, ut de eis sequitur, non minus, quod de Scriptura decertetur. VII. Tanta sunt pessima tria secula Scripta Patrum, ut vix una eoras ad perustandum sufficeret, maxime cum ignotis ligatis ut plurimum Scripta sint. Hoc Clas. Mich. Sed Alii observant in suis notis.

Oui confitis Deo fortis est die ad Leo

Calami probatio

O mihi praeberis

Non aivis homini contingit

Tot reficiat si

Feste liti flammæ

Spiritus et mox

Qui cito de sibi det

SKİRSİT
THE END